

1608.

GAII

INSTITVTIONES.

AD

CODICIS VERONENSIS APOGRAPHVM

EMENDAVIT ET ADNOTAVIT

EDVARDVS BÖCKING.

QVINTA EDITIO.

LIPSIAE

INPENSIS SALOMONIS HIRZELI.

A. MDCCCCLXVI.

1908

IVRIS STVDIOSAE IVVENTVTI S. P. D. EDITOR.

Vestra gratia, ornatissimi iuuenes, iterum [et iam quintum] hos Gaii Commentarios, aureos, quamuis diuersos ab iis septem libris quibus Aureorum nomen inscriptum fuit, edendos in me suscepi: Vos enim, qui Themidis sacra adire ultis, has Institutiones, ut rite illa faciatis, adhibere debetis, ne tamquam profanum uolgens arceamini; nam ea hodie iuris studii condicio est, ut quem librum ante hos uiginti p. II. quinque [nunc fere quinquaginta] annos nemo superstitem ed. IV. esse diuinabat, is iam uel apud eos quoque populos qui iure ciuili Romanorum non reguntur, apud Americanos et Anglos Scotosque, apud Danos Suecos ac Nortmannos in magno honore, apud nostros autem iuris consultos omnes, nisi siqui munere solum stercoris ex aede Themidis euerendi funguntur, in suppellectili pernecessaria habeatur. Itaque cum uix egentissimus eo carere possit, exemplum quod usui iuris discendi studiosorum iuuenum sufficeret paruoque pretio comparari posset, edendum curauit. quo quid praestitum sit, facile intellegent penes quos de rebus criticis iudicium est: Gaianam scripturam, quem textum uocant, ad codicis Veronensis fidem diligentissime expressam exhiberi uolui; ita tamen, ut quae in eo codice legi non poterant, sed adhibitis siue aliorum doctorum uirorum siue meis coniecturis commode expleri posse uiderentur, ipse explem. in quo negotio ita uersatus sum, ut ex formis litterarum signorumque quibus in exprimendo libro operae sunt usae, facile animaduerti posset et ubi codicis uerba litteraeue ante oculos lectorum uersarentur, et ubi dubios ductus editor interpretatus esset, aut ubi uerba locaue plane

[1] „Pateat tam ditioribus quam tenuioribus minimo pretio magna prudentia comparanda“. *Iustinian. const.* Tanta circa § 13.]

euanda facta coniectando restituisset²: nihilo minus multa III. etiam nunc hiare uidentur, quorum alia quidem, certe quod ad argumentum attinet, haud obscura sunt, alia uero, eaque bene multa quae neque aliunde sciri possunt³, propter desperatam codicis Veronensis condicionem plane nobis erepta uidentur. De quibus rebus ad inferiorem marginem

2) Litteris erectis s. antiquis, ut uocant, tam uulgaribus quam CAPITALIBVS expressa sunt quae codex Veronensis certa et indubitata praebet, litteris autem Italiciis siue uulgaribus siue CAPITALIBVS quae sic ut dedimus in codice non leguntur, sed ex eius uestigiis coniectura docti homines adsecuti sunt; ubi ne ductus quidem eiusmodi adparent, sed litterae euandae factae sunt, olim adpositis his signis⁴ ita 'litteris Italiciis siue cursiuis' [nunc minoribus litteris cursiuis] expressa exhibuimus [nisi ubi singulae tantum litterae syllabaeue per se satis certae supplendae erant, quas maioribus Italiciis litteris expressimus]; uncinis his [] usi sumus ad circumsaepeienda ea quae librarius excidere passus est, nullo hiatu per uacuum a scriptura spatium indicato, eademque litteris Italiciis exprimi iussimus; contra uero litteris erectis siue antiquis expressa uncinis circumdedimus ut eicienda ea esse significarem. Singulas litteras in scriptura nostra deficientes singulis asteriscis, *, ternas uero litteras singulis lineolis huius formae —, singulos uersus maioresue eorum partes aut plures omnino neque lectos neque restitutos longioribus lineis significauimus; uersus codicis Veronensis erectis lineolis, |, paginas duplicibus, ||, distinximus, numerosque ad inueniendos eos uersus paginasque nostri exemplaris margini inferiori adscripsimus. Paginas codicis, quibus tertium scripturam monachorum perniciose diligentia inposuit, quasque bis re-scriptas, cum uellet bis παλιψηφοῦς, Goeschenus parum apte nominare solitus erat, litteris b. r. significabat, adpositis ad numeros litteris t. s. (ter scriptae) notauimus. Minora numerorum signa quae ad marginem infra maiora posuimus, codicis Veronensis, uti nunc est, folia indicant. Paragraphorum signa (§§.) numerique quibus Goeschenus olim librum distinguere uoluit, iam ad marginem reiectos malui: impediunt scripturam, neque satis apte omnes positi sunt, ut in dies magis adparet. utinam Goeschenus hanc diuisionem omnino non admisisset, quam nunc, ut res est, neque satis emendare neque reicere licet.

3) V. c. quae de gentilibus, de legis actione per iudicis postulationem, non nulla quae de formulis ad legis actionem expressis et de diuersitate iudiciorum quod ad contractus earum personarum quae in manu mancipioe sunt pertinet, quae de

ea quae rerum a Gaio pertractatarum cognitionem adiuuare uidebantur adnotari; breuiter tamen et succincte; nam omnia singulis locis referre et nomina doctorum uirorum et quibus quisque modis corruptos huius libri locos emendari uellet, longum, neque Vobis, adulescentes, opus est; siqui uero IV. criticam in Gaio artem exercere uolent, [etiam nunc postquam ipse codicis Veronensis apographum omnibus adhuc paratis subsidiis usus ipse scripsi et ex lapidibus exprimendum curau], carere non poterunt exemplo maiori quod C. Lachmannus, amicus meus, parat: nam hic uir κριτικώτατος, cui etiam Gaius noster quantum debeat uix dici potest, e docta suppellectili a beato Goescheno relicta atque editissima, quam ubi ubi habitat, domi seruat, penu cum summa felicissimaque diligentia hos Commentarios elaborauit ac prope diem publicabit [publicauit a. 1842. cf. infra editt. enumerationem num. 13]. Ad singula Gaiana commata similes lacemne adferentes locos, quos parum apte parallelos uocamus, non solum eos in ima paginarum margine indicauimus, quos maior Goescheniana editio respexit, sed alios etiam addidi multos, tum ut in scholis temporari chartaeque parcerent, tum ut domi ad cognoscendum ius ciuile Romanorum maiori opportunitate studiosi inuenes fruerentur⁴. Et multo plenius quam priores editiones, in hac re hoc quod nunc offero, exemplum efficere studui, ut quasi tacitus commentarius haec locorum adnotatio dici posset. in qua re quantum Schraderi maior Institutionum editio, ubi cum Gaianis imperiales Institutiones conspirant, me adiuuerit, uix aperte dici opus erit: neque uero si quis diligentius hanc operam meam examinauerit, me alios locos multos tum addidisse, tum alios a Schradero citatos consulto me-

quibusdam interdictis deque aliis conpluribus materiis Gaius exposuerat.

4) Qui loci cum Gaianis omnino conueniunt, ita ut fere uerbo tenus conspirant, eos sine admonitione indicaui; eos autem, qui similes quidem essent, sed etiam a Gaianis recederent, praepositis litteris Cf. citauimus, et per siglam Vid. ad alios libros lectores ablegauimus, quotiens ad argumentum Gaianum explicandum eos facere significare uolui.

met omisisse, latebit. ceterum cum Seneca mihi quoque dicendum est: „Non, dum quaero aliquid, inuenio, sed saepe quod quaerenti non comparuit, aliud agenti praesto est“. [Hanc inferiorem adnotationem, ut libri molem minuerem, aut totam reseccare aut certe coartare in animo fuerat, cum praesertim eam pro condo, qui scholasticorum librorum commentariolorumque scriptoribus indoctis fontium qui dicuntur losos promat, quibus opera sua, siue malis operas, exornent, in frequenti usu haberi animaduertissem, sed reputata utilitate, quam haec silua etiam uerae iuris doctrinae studiosis adferre soleat, eam dilataui etiam et auxi hac noua editione.] Ex diuerso eadem illa causa me mouit, ut ex locis imperialium Institutionum, Digestorum et aliorum siqui sunt librorum, Gaianorum locorum in uniuersum consimilibus discrepantes scripturas non adnotarem, quamuis diligenter, ne anxie dicam, Goeschenus in eo quoque exemplo quod una cum hoc meo natum prodibit [i. e. anno 1842. a Lachmanno edito] ubique adnotauerit, qui contra aliorum locorum parallelorum copiosiore recensam omisit. Tabulas de ratione internoque Gaianae scriptionis nexu ac structura („systema“ dicere solemus) collata Iustinianarum Institutionum [et nunc (a. 1855.) etiam Ulpiani libri singularis Regularum] compositione a me adornatas utilem huius exempli accessionem esse mihi persuasum est speroque fore ut aliis quoque persuadeatur.

Atque haec quidem ad explicandam instituti mei rationem dicta sunt. Reliquum est ut, postquam pauca de Gaio deque aetate horum Commentariorum rettulero, quae adhuc eorum prodierunt exempla enumerem ac scripta ad eosdem illustrandos euulgata indicem.

GAIVS⁵ patriam gentemque habuit, de quibus non ma-

5) Gaii nomen trisyllabum est; cf. e. gr. Catull. el. 10. v. 30. Marcial. epigr. 9. 94. 11. 37. Stat. Silv. 4. 9. v. 22.: corrupta demum Latinitate eo nomine tamquam disyllabo utebantur, ut Auson. epigr. 75.; perperam itaque per *j* scribitur, cum per *i* siue *j* in medio scribi debeat. Neque *C*, sed *G* prima nominis littera est, ut lapides, notarum laterculi bonique codices scripti idemque ipse Quintiliani locus (Inst. or. 1. 7. § 28.), quocum aliorum ueterum grammaticorum testimonia

vi. gis constat quam de summi iuris consulti nominibus quae-
nam eius fuerint gentilicium ac familiare; nam quod unum
cognouimus Gaii nomen, nihil nisi praenomen esse, quid-
quid uel Perizonius Cannegieterusue contra dicant, recta
ratio euincit. uerum, ut fere amant, ubi testimonia desunt,
ex se ipsis coniecturas facere docti homines, ita et ad illas
quaestiones soluendas ad ea quae credi possunt aut non
possunt, multi sese abripi passi sunt⁶. [Veri uestigia nuper
persecutus esse uidetur Mommsenus, cum in commentariolo
‘Gaius ein Provinzialjurist’⁶ Asiam et ipsum fortasse pro-
uincia Asiae oppidum Troadem patriam Gaii fuisse, in qua
docuerit librosque composuerit, argumentis indicibusque certe
maximam partem probabilibus, quamuis certam probationem
haud efficientibus, docere studuit. quae singula repetere

conueniunt, perspicue ostendunt; nam ille ita habet „Quid?
quae scribuntur aliter quam enuntiantur? nam et Gaius C littera
notatur, quae inuersa [C] mulierem declarat.“ scilicet nota siue
sigla nominis Gaius est C; nam Quintilianum opinatum fuisse
Gaiiae nomen sic scribendum esse *Gaia* uix quisquam cui sanum
sineput ornant oculi, crediderit. Ceterum si recte *Caius* scri-
beretur, neque a gaudio (*γαίω*, *gaudeo*) nomen deducere uete-
res uoluissent, neque *Γαίος*, ut scribunt, sed *Καίος* [ut Byzanti-
tini fecerunt] Graeci scripsissent; atque monstrosae scripturae
Cajus etiam uocatiuus *Gaii* repugnat. Cf. C. L. Schneider „Ele-
mentarlehre der Lat. Sprache 1. 1 p. 232. sqq.

6) Ante Gaianarum Institutionum editionem scripsit G. A.
H. Dittmar de nomine, aetate ac scriptis Gaii Icti Romani.
Spec. I. Lips. 1820. 4^o. Cf. etiam L. Pernicis de Gaio *ἱπόμνημα* [ex
Sauinii de Gaio aetate a. 1821. habitis praelectionibus compo-
situm] in „Ersch u. Gruber Allg. Encyclop. vol. IV. part. II. p. 85...88.
v. *Caius*“ [unde maxime sumptum est quod B(aehrus) dedit in
Real-Encyclopaedie der class. Alterthumswiss. Stuttg. 1844. III. p.
577. sq.] Io. Bertrandi et Guil. Grotii uitae Gaii et Hier. Aleandri
de Gaio commentatio repetitae sunt cum aliis quae ad eandem
rem faciunt scriptis apud Schulting. in *Iurisprud. uet. ante*
Gaii epitomen Visigothicam. Nomina Caius Cassius fortasse
Nostrum gessisse probare denuo studuit G. F. Puchta, Civilist.
Abhandl. Lips. et Berol. 1823. 8^o. p. 167...72. Alii de *Gnaeo* aut de
Titio Gaio, alii de *Gaio Basso* olim fabulati sunt. Nunc cf.
etiam Asher ‘Gaius Noster’ in *Ztschr. f. Rechtsgesch. tom. V. 1865.*
[6^o] In ‘*Jahrb. des gem. deutsch. Rechts*’ *Lpz. 1859. 8^o. III. p. 1...15.*

aut nonnihil iis addere huius praefationis consilium uetat, quo pariter prohibeor, quo minus nunc quae Huschkius in praefatione ad Gaium ab ipso editum contra Mommsenum disputauit, exactius perquiram, praesertim cum ipse Huschkius hanc suam esse sententiam scripserit, „ut si quis Gaium natione Graecum et fortasse ex colonia aliqua in partibus orientis oriundum fuisse opinetur, quae olim A. Augustini et Fr. Connani fuit sententia, id equidem neque negare neque affirmare ausim.“]

Certiora de aetate ac scriptis iuris consulti habemus: Hadriano imperante (a. p. Chr. n. 117...138.) se natum esse uel certe iam uixisse ipse Gaius significat L. 7. pr. D. de rebus dubiis, ubi „nostra quidem“ ait „aetate mulier ad diuum Hadrianum perducta est cum quinque liberis quos uero fetu enixa est“⁷. Hadrianum quotiens Gaius in Institutionibus memorat, semper *diuum* adpellat, exceptis duobis locis (I. § 47. II. 51.), ubi senatus consulti *ex auctoritate Hadriani* facti mentio fit [omisso *diui* uocabulo, sed, ut iam persuasum habeo, librarii neglegentia omisso]; sed iam Comm. I. § 7. de *rescripto diui Hadriani* habet. Sub Pio, diuis fratribus et Marco Institutiones Gaius scripsisse uidetur: nam VII. ubi *constitutionem sacratissimi imperatoris Antonini* (Comm. I. § 53.) et *epistulam optimi imperatoris Antonini quam scripsit pontificibus* (Comm. I. § 102.) laudat, Hadriani successorem, Antoninum Pium, qui a. p. Chr. n. 161. uitam tranquillam cum tranquilliori commutauit, uiuum significat, idemque imperator Antoninus *nuper* rescripto suo modum eius quod feminae per bonorum possessionem consequerentur, definisse enarratur Comm. II. § 126.; sed eiusdem commentarii § 195. de iure, quo *hodie ex diui Pii Antonini constitutione* uterentur, habet⁸. Cum undeuiginti annis post Pii mortem

⁷) Cf. [Julian. L. 36. D. de solutionib. 46. 3., cui ipsi „hoc et in Aegypto affirmatum est.“] Paul. L. 3. D. si pars hered. petatur 5. 4. Phlegon. Trallian. (Hadriani imp. liberti) de mirabilib. ed. C. F. Franz. p. 105. Capitolin. in Pio c. 9 cum Casauboni adnot.

⁸) De eodem *diuo Antonino* Nostrum aliis quoque locis (ut ex Fidei commissorum libro I. deprompta L. 96. D. de condic. et demonstr., ex eiusdem operis libro II. desumptis L. 96. D. de legatis III. et L. 63. § 5. D. ad SC. Trebellian., ac L. 56. D. de legatis II., qui locus

Philosophus ad deos redisset (a. p. Chr. n. 180.), Gaii commentarii iam editi fuerunt: nam quod *diuus Marcus constituit* de effectu pro herede gestionis teste Ulpiano (Fragm. XXII. § 34.), de eo apud Gaium (II. §§ 177. sq.) altum silentium est; neque ad aliam ullam ex M. Antonini Philosophi constitutionibus in Institutionibus Gaius respexit, nisi forte, quod uix crederim, id eo loco factum est, qui p. 53. Veronensis codicis scriptus fuit, sed iam legi nequit. praeterea de Institutionum ante M. Aurelii Antonini obitum facta editione certissimum argumentum hoc habemus, quod Comm. III. §§ 23. sqq. ea refert quae post senatus consulta Tertullianum et Orphitianum (a. p. Chr. n. 158? et 178. facta) plane falsa uideri necesse erat⁹. [Cum haec a. 1841. scriberem, nondum uideram in ipsis Institutionibus (cod. Ver. p. 132. sq.) de SC. Tertulliano relatum fuisse, de quo nunc cf. ad 3. 33. adnot.] At uero ad utrumque senatus consultum postea idem Gaius libros singulares composuit, si inscriptionibus LL. 8. 9. D. ad SC. Tertullianum et Orphitianum, ut in Digestis Florentinis leguntur, fides habenda est, neque ii etiam loci, ut antecedentes, ex Pauli ad ea senatus consulta libris desumpti sunt, quem Paulum etiam index Florentinus eius modi scriptorum auctorem fuisse recenset, dum idem de Gaianis commentariis ad illa senatus consulta compositis nihil habet. [Sed cum Basilica quoque (XLV. 1. 33. 34.) illos locos Gaius adscribant et L. 9. memorata *sacratissimi* prin-

ex Gaii commentariis ad L. Iuliam et Papiam descriptus est) locutum esse adparet, quamuis non desint qui hos locos de Antonino Caracalla intellegendos esse opinentur. [ut nuper etiam I. I. Bachofen in egregiis disputationibus „*Ausgewählte Lehren des röm. Civilrechts*“ Bonn. 1848. 8°. p. 271. sqq.] Cf. F. C. Conradi Pargerg. Helmst. 1740. 8°. Lib. II. n. V. „De uera Gaii aetate“ et G. Hugo „*Cajus, ein Zeitgenosse Caracallas*“ in *Civilist. Magaz.* vol. II. num. XVI. Iam uero idem uenerabilis doctor eam opinionem reiecit „*Lehrb. der Gesch. des R.R.*“ ed. 11. Berol. 1832. 8°. p. 878. Qui Gaium ante Octavianum aut qui sub Theodosio, et Arcadio aut denique sub Iustiniano uixisse olim opinati sunt, eos nunc refellere putidae diligentiae uidetur.

⁹) Cf. Capitolin. in Marco c. 11. „Leges etiam addidit de... bonis maternis et item de filiorum successionibus pro parte materna“.

cipis nostri oratio' eadem esse uideatur cum 'imperatorum Antonini et Commodi oratione in senatu recitata', quam Ulp. 26. 7. memorat, Paulus itaque illam L. 9. scripsisse nequeat, cum Marcum Aurelium 'principem nostrum' non habuerit, fidem illis inscriptionibus non denegandam esse censeat etiam Mommsenus.] Ex iis iuris consultis qui secundo et tertio quartoque post Christum saeculis floruerunt, nemo Nostrum memoravit; nam Noster neque is est qui a Pomponio *Gaius noster* laudatur¹⁰, eadem uero forma, a Theophilo [non retenta, Iustinianus imp. (prooem. Inst. § 6. et § 5. ix. I. de public. iudiciis et Const. *Omnem rei p.* § 1.) in laudando

10) Tam qui a Iuoleno (L. 54. pr. D. de condic. et demonstr. 35. 1. et L. 78. D. de solutionib. 46. 3.) et Iuliano (L. 59. D. sol. matr. 24. 3.) nominatur Gaius, quam qui a Pomponio, ipsius C. Cassii discipulo, (L. 39. D. de stipul. seruo. 45. 3.) laudatur *Gaius noster*, non Noster, sed C. Cassius Longinus est, Sabini successor, a quo Sabinianorum schola Cassianorum nomen accepit. (cf. Puchta l. c.) Noster eundem Gaium *Cassium* nominare interque suos praeceptores, i. e. suae scholae auctores, celebrare solet. Vetus est istud hos aliosque Gaios confundentium error, [ut meum nunc demum corrigo, a Pomponio laudatum Gaium fuisse nostrum, quod iam Puchta (*Instit.* 1841. I. p. 444.) recte negauerat, cui accesserunt etiam Rudorff. *Rechtsg.* I. p. 173., Momms. l. c. p. 1., Husehk. in praef. ad Gai. et Asher l. c. Quod in priori praefatione a Pomponio laudatum Gaium Nostrum esse opinatus sum, me mouerat quod etiam Iustinianus eadem appellatione hunc commendat et Pomponii cum Gaius fere aetatis aequalitas: nam] Gaius saepe Saluium Iulianum memorat; Pomponius autem post Antoninum Pium diem supremum obiit (ut ex L. 14. D. de pollicitationib. coll. c. LL. 9. 15. eod. colligitur), et Saluius Iulianus, qui totiens ob edicti perpetui sub Hadriano factam compositionem et a ueteribus et a recentioribus celebratus est, nouissimo loco a Pomponio in L. 2. i. f. D. de O. L. 1. 2. recensetur. Ceterum id quoque adnotasse iuuabit, Gaium olim ab aliis (e. gr. a C. O. a Boeckelen, de diu. familiis ueterum Ictor. c. 5.) Proculeianorum scholae adscriptum esse, maxime propter male intellectam L. 57. D. de manu missis testamento; cum alii (ut G. Mascou. de Sectis Sabinianor. et Proculeianor. cap. 8. § 1. Bach. *Hist. iurispr. Rom.* ed. 6. [uel 7.] Lib. 3. cap. 2. sect. 5. § 14.) Herciscundis suis Gaium adnumerandum esse ex uerbis *sententia media recte existimantium* L. 7. § 7. D. de adq. rer. dom. et non nullis aliis locis, ubi Gaius modo Proculi, modo Sabini Cassique sententias amplectitur, luce clarius ostendi opinarentur.

Nostro usus est, quam opportunam de Gaii patria atque aetate opinionum causam multi non contempserunt¹¹. [Quae ineunte quarto p. Chr. saeculo Lactantius (de falsa relig. p. 6. ed. Bip.) de Institutionibus ciuilibus iuris scripsit¹²; etiamsi parum recte ad Gaianas siue solas siue inter ceteras referrentur, nihil aut de Gaio aut de ipsius Institutionum commentariis nos docent quod non aliunde exactius cognosci possit. Sequenti saeculo Collationis quam dicimus *συγγραφεὺς* nonnulla ex his Institutionibus capita transcripsit, postquam a. 426. celebratissima L. 3. Th. C. de responsis prudentium 1. 4. 'Gaii uniuersa scripta' firmauerat, ab eo inde tempore et grammatici scholiastaeque¹³ et tam legum Romanarum barbarorum¹⁴ quam Iustinianae legislationis libri¹⁵ Gaium eiusque libros in frequenti usu habent.]

11) Si e. gr. ex eo quod Gaius in imperialibus Institutionibus bis *noster* adpellatus est, Ant. Vacca (prooem. Dig. § 1.) suspicatus est Gaium uel Christianum fuisse uel Christianis qui tunc erant, iudicium suum adiunxisse, dubitare possis utrum stolidiorem an festiuorem Vaccam (non Bouem) dicere debeas. Aequae magnus Ictus atque poeta Vacca fuit.

[11^a] „Et si quidam prudentes et arbitri aequitatis Institutiones ciuilibus iuris compositas ediderunt, quibus ciuium dissidentium lites contentionesque sopirent, quanto melius nos et rectius diuinas Institutiones litteris persequemur, in quibus non de stillicidiis aut aquis arcendis aut de manu conserenda loquemur.“ Non ad Gaium, cum haec scriberet, respexit Lactantius, sed ad Cic. de orat. 38.]

[11^b] Neque apud Diomedem, si Gaium significaret quod 'Gaium' scriptum est (ed. Keil. p. 379. v. 24.), neque apud Seruium (cf. ad 3. § 141. cit.), facta Gaii nostri commemoratio antiquior habenda est quam supra memorata Theodosii Valentinianique L. 3. Th. C. quod etiam de Pseudoasconio (cf. ad 4. § 15. cit.), qui non nominato auctore his Institutionibus usus est, recte Momms. l. c. p. 2. monuit. De Prisciano et Boethio et Isidoro, quos omnes ad Gaianos locos ab illis transcriptos adnotauimus, plura uerba facere opus non est.]

[11^c] Gaii epitomen Visigothicae legis Romanae partem facere satis notum est, sed et L. Rom. Burgundionum saepius Gaius utitur, bis uel laudato auctoris nomine. cf. ad 3. § 225. 4. § 192.]

[11^d] Imperiales Institutiones ex ipsis Gaianis enatas et in

Alia quae de Nostri aetate ac nominibus circumferuntur ut parum certa, immo magnam partem ne probabilia quidem, praetereunda esse uidentur. Scripta Gaii in Florentino indice haec enumerantur:

Ad edictum prouinciale βιβλία λ-β [32.] (340.¹²)

Ad leges [Iuliam et Papiam Porpaeam] βιβλία δεκαπεντε¹³. (28)

Ad edictum urbicum [s. praetoris urbani] μονα τα ευρε- x. θεντα βιβλία δεκα¹³. (47.)

Aureon [Aureorum s. Rerum quotidianarum] βιβλία επτα¹⁴. (26.)

Δωδεκαδελτον [s. ad L. XII tabularum] βιβλία εξ. (20.)

Instituton [Institutionum] βιβλία τεσσαρα. (14.)

De herborum obligationibus βιβλία γ. (12.)

De manumissionibus βιβλία τετρα. (5.)

Fidei commisson [Fideicommissorum] βιβλία δυο. (12.)

De casibus βιβλιον εν. (7.)

Regularion [Regularum] βιβλιον εν. (1.)

Dotalicion [Dotaliciorum s. de Re uxoria] βιβλιον εν. (ο.)

Υποθηκασις [Ad formulam hypothecariam] βιβλιον εν. (6.)

Digesta multos harum locos receptos esse (cf. sq. not.) nemo qui haec legit nescit; sed ex solis Digestis misero scriptori Ioannis Laurentio Lydo Gaium, et perperam quidem, cognitum fuisse, Momms. p. 2. praecunte aperte monere operae pretium esse uidetur.]

12) Numeri ita () inclusi quot loci ex singulis enumeratis Gaii scriptis in Digesta Iustiniani transumpti sint, indicant. Quinam autem hi Digestorum loci sint, facile apud Abr. Wieling. Iurispr. restit. p. 7..20. uidere est. Apud C. F. Hommel. Palingenes. scripta Gaii quae in Digesta transierunt, cum epitoma Institutionum Visigothica uol. I. pagg. 55..126. continentur. Nomina operum ex ipso Florentino indice transcripsi, sed adieci Latina nomina unciis [] inclusa.

13) Procul dubio ad hos XV libros remittit Comm. III. § 54.

[13'] Ad hos commentarios puto referre 3. 33. Mommsenus (Jahrb. III. p. 14.) hos quoque putat esse libros XV ad leges I. et P.P. ut nos not. 13.]

14) Cf. Göschel. in Zeitschr. f. gesch. R. W. Berol. 1815. 8^o. uol. I. p. 54..77. v. Buchholtz et Hugo in Civilist. Magaz. v. Hugo. uol. VI. Berol. 1837. 8^o. p. 228..64.

Praeterea in Digestis loci exstant quibus inscriptum est

Ad edictum aedilium curulium libri duo. (11.)

Ad legem Gliciam [?] liber singularis. (1.)

Regularum libri tres. (2.)

De tacitis fidei commissis liber singularis. (1.)

Ad SC. Tertullianum liber singularis. (1.) [? cf. supra p.

Ad SC. Orphitianum liber singularis. (1.) [VII. sq. dicta.]

Ad Libros quos ex Q. Mucio fecit, ipse Gaius Inst. I. § 188. lectores ablegat eosdemque Pomponius L. 39. D. de stipulatione seruorum significat.

XI. Denique huc pertinent etiam Iustiniani imp. uerba | (Const. Omnem reip. § 1.) „In his autem sex libris Gaii nostri Institutiones et libri singulares quattuor, primus de illa uetere re „uxoria, secundus de tutelis, et tertius nec non quartus de testamentis et de legatis connumerabantur“.

Exempla Gaianarum Institutionum commentariorum edita sunt haec:

1) Gaii Institutionum Commentarii IV. e codice rescripto biblioth. capitular. Veronensis auspiciis reg. scient. acad. Boruss. nunc primum editi [a Io. Frid. Lud. Goeschen.] Acc. Fragmentum ueteris Icti de iure fisci ex aliis eiusd. biblioth. membranis transcriptum. Cum tabulis aereis. Berol. Reimer. 1820. 8^o.

2) Iuris ciuilibus ecloga quae... continentur: Gaii Inst. comm. IV. Ulpiani Regul. et c. Ad usum praelectionum. Paris. Fanjat. 1822. 12^o. p. 19..217. ed. II. Paris. Gobelet. 1832. 12^o.¹⁵

3) Gaii Inst. Comm. IV. Lips. Hartmann. 1825. 8^o.¹⁶

4) Gaii Inst. Comm. IV. E cod. reser. bibl. Veron. a Frid. Bluhmio iterum collato secundum edid. Io. Frid. Lud. Goeschen. Acc. Fragm. net. Icti de iure fisci et c. Cum tabulis aeri incisis. Berol. Reimer. 1824. 8^o.¹⁷

5) Goeschenianum exemplar alterum repetiit I. B. E. Boulet. Cf. infra de uersionibus dicta.

15) Nobis omnino nullius utilitatis. — Dubito an exemplum in ephemeridibus Romanis Giornale arcadico tom. 14. p. 14. (Rom. 1822. 8^o.) promissum non prodierit.

16) Operarum ἀνακαταβήτων rude opus.

17) Huius exempli quam diu studiis nostris suus stabit honor, nunquam pretium diminuetur.

6) Gaii Institutionum commentarii IV. ad fidem secundae editionis Berolinensis editi. Praemissa est commentatio de vita et scriptis Gaii. (Cura Romualdi Hube.) Varsoviae, Typis scholarum Piarum. 1827. 8°.

7) Gaii et Iustiniani Institutiones iuris Rom. Recognoverunt, annotationem adiecerunt coniunctasque ediderunt Clem. Aug. Car. Klenze et Eduard. Böcking. Berol. Reimer. 1829. 4°.

8) Gaii Inst. comm. quattuor. Cura Aug. Guil. Heffter. Bonn. Marcus. 1830. 16°. — Idem exemplum partem olim fecit Corporis iuris anteiustini consilio Ed. Böckingii, A. Bethmann-Hollwegii et E. Puggaei et c. ibid. ap. eund. bibliop. in forma quaternaria editi; sed iam seorsum diuenditis his quoque Heffterianis exemplaribus Goescheniana nouissima editio principium illius *συντάματος* factum est. Cf. infra n. 11.

9) Gaii Inst. comm. quattuor. Ad exempl. a I. F. L. Goeschenio Berol. a. 1824. editum recogniti atque emendati [ab Ed. Böcking.] Bonn. Marcus. 1837. 12°. [= ed. m. 1.]

10) Institutes de l'empereur Justinien et c. Recueil publié par M. Blondeau. Paris. 1838. 1839. II. 8°. Tom. H. p. 103... 226.

11) Gaii Inst. Comm. IV. Ex recens. et cum commentariis I. F. L. Goeschenii. Opus Goeschenii morte interruptum absoluit Car. Lachmannus. Bonn. Marcus. 1841. 8°. — Idem exemplum iam in Corp. iur. anteust. receptum est. Cf. supra n. 8.

12) Gaii Inst. Comm. quattuor. post Göschenii, Husekii Lachmannique curas recognouit Ed. Böcking. Cum append. delineationem systematis utriusque Institutionum operis exhibente. A. 1841. Bonn. ap. Ad. Marcum. 12°. [= ed. m. 2.]

13) Gaii Inst. Commentarii quattuor, ex membranis delictiis Veronensis bibliothecae capitularis eruit Io. Frid. Goeschen. Acc. ueteris Icti de iure fisci fragmentum ex aliis eiusd. bibl. membranis transcriptum. Carolus Lachmannus ad schedas Goeschenii, Hollwegii, Bluhmii recognouit. Goescheniana editio tertia. Cum tabulis aeri incis. Berol. Reimer. 1842. 8°.

[14] Iuris civilis promptuarium ad us. praelectionum recensuit Ed. Laboulaye. Lipsiae [sic] ap. Michelsen. 1845.

18) Debebamus non Iustinianarum, sed Gaianarum Institutionum ordinem sequi; sed illum secuti sumus.

19) Parum scite haec priorum exemplarium repetitio facta est.

16°. Tomo alteri qui p. 1... 186. Gaium continet, inscribitur: Flores iuris anteiustiani [sic], ad fidem Germanicarum optimaenotae editionum recognouit Ed. Laboulaye. Paris, Durand. 1839.

[15] Gaii Institutionum commentarii quattuor. Tertium recognouit Eduardus Böcking. Anno 1800. Bonnae ap. Ad. Marcum. 12° [= ed. m. 3.]

[16] Gaii Institutionum commentarii quattuor. emendauit Eduardus Böcking. Quarta editio prioribus aeduratur. Lipsiae inp. Sal. Hirzelii. 1855. 12°. [= ed. m. 4.]

[17] Institutionum et Regularum iuris Romani syntagma exhibens Gaii et Iustiniani Institutionum synopsis Ulpiani librum singularem Regularum Pauli Sententiarum delectum Tabulas systema Institutionum iur. Rom. illustrantes praemissis duodecim tabularum fragmentis. edid. et breui annot. instr. Rudolphus Gneist u. i. Dr. Lips. in aed. Teubneri 1858. 8°. [= Gn.]

[18] Gaii Institutionum iuris civilis commentarii quattuor. recensuit E. Husehke. Lips. in aed. Teubneri. 1861. 8°. min. (Partem facit hic Husehkeianus Gaius syntagmatis 'Iurisprudentiae anteiustiniana' quae supersunt. comp. recens. adnot. Ph. Eduardus Husehke. Lips. 1861. unde sigla HIA, i. e. Husehkeii iurispr. anteust., librum significamus, qui in uirtutibus sed etiam in uititiis, quod bona pace boni uiri dixerim, excellere uidetur.)

[19] Gaii Institutiones. Apographum codicis Veronensis... publicauit Eduardus Böcking. 1866. 8°. (Sigla C. significatur.)

Seorsum „Gaii Icti Institt. Comm. quartum de actionibus recensuit, restituere conatus est, adnot. perpetuam librumque observationum adiecit Aug. Guil. Heffter.“ Berol. Reimer. 1827. 4°.

Ex Gaio Vlpianoque ac reliquiis operis de iure fisci compositum indicem, quem exhibet Chr. Frid. Eluersii Promptuarium Gaianum (Goetting. 1824. 8°), ut totis ipsis ueterum scriptorum locis repetitis inpeditiorem copiosioremq. neque ad ullum usum satis commodum, nimium delitescere animaduerti.

XIV. Versiones Gaianarum Institutionum hae sunt:

1) Die Institutionen-Commentare des Gaius. Aus dem Lat.

19) Dixi olim de hoc exemplo nitido quidem, ceterum autem inuiti, in praef. ad Vlpiani quae uocant Fragmenta, tertium a me a. 1845. edita, p. xi.

übers. u. mit Anmerk. begl. v. Christian Uhr. Hans Frh. v. Brockdorff. Erster Band²⁰. Schleswig. 1824. 8°.

2) Institutes de Gajus traduites en franç. par I. C. E. Boulet. Avec des notes. Paris. 1826. sqq. 4 fascic. 8°.²¹

3) Inst. de G. trad. et annotées par E. Domenget. Par. 1843. [Non uidi.]

4) Die Gaiianischen Institutionen-Commentarien übersetzt von Dr. F. W. Konr. Beckhaus. Bonn. 1857. 12°. [Insubidae res, inertes, pueriles.]

5) Gaio quattro commentari delle Istituzioni...volgarizzamento rischiarati e...rimendati di Francesco Lisi Avvocato ai Tribunali di Bologna. Vol. I. il primo commentario. Bologna 1859. 8°. [De hoc exemplo repetendum est quod not. 20 diximus.]

6) Instytucje Gajus przepolszczył, uwagami opatrzył i pierwotwór dodał Dr. Teodor Dydyński. Zeszyt I. Warszawa. 1865. 8°. (Primi commentarii textus eum Polonica uersione e regione adpositaque et locorum conferendorum et recentiorum commentatorum.)

Ad explicandas inlustrandasque Gaii Institutiones, si uirorum summorum Sauii, Hugonis, Heisii, Hauboldi, Koppii de codice Veronensi litteras commentariaque, quae suo loco Goescheniana praefatio recenset, itemque libros disciplinae iuris ciuilibus Rom. tradendae destinatos, quae Compendia aut Manualia adpellant²², nec non eas dissertationes librosque qui de rebus post Gaium sepeptum ex eo potissimum exponendis agunt (Dissertationes inaugurales et Monographias, si recentioris artis uocabula barbara admit-

20) Primum commentarium continet. Bonum factum quod plura eiusmodi uolumina non prodierunt.

21) Textus quem uocant, e regione uersioni oppositus repetitus est ex altera Goescheniana editione. Versio et adnotatio certe in Germania nostra inutiles sunt.

22) Alb. Schweppius libro suo „Röm. Rechtsgesch. Goetting. 1822. 8°. ed. II. ib. 1826. 8°.“ in ipsa inscriptione uerba „Mit erster vollständiger Rücksicht auf Gajus“ praescribere non dubitauit; sed ualde dubitatum est an recte meritoque non praescripserit. [Egregie Rudorffii *Röm. Rechtsgesch.* Berl. 1857. 1859. et doctrina pariter ac diligentia praestantes Antiquitates Romanae Beckeri et Marquardtii Lips. 1843. sqq. ad Gaiiana studia promouenda faciunt.]

timus)²³ hoc loco praetermittimus, haec fere scripta quae iam magnam partem aboleuerunt, pertinent:

xv. 1) O. G. HAVBOLD, Oratio quantum fructum ceperit inrispr. Rom. et uniuersa antiquitatis cognitio e recens inuentis Gaii Inst. genuinis. Lips. 1820. et in Hauboldi Opusec. tom. I. p. 665...84.

2) H. R. BRINKMANN, Notae subitaneae ad Gaii Inst. Comm. Slesuic. 1821. 8°.

3) Ed. GANS, *Scholien zum Gajus.* Berol. 1821. 8°.

4) WICHER VAN SWINDEREN, Collatio Inst. Iust. c. Inst. Gai...inde ab init. usq. ad loc. de tutelis. in *Annal. acad. Groning.* 1821. 4°.

5) Ever. DUPONT, Disquisitiones in commentarium IV. L. B. 1822. 8°. et in *Annal. Groning. citt.* Cf. *Thémis ou biblioth. du juriscons.* tom. IV. Paris. 1822. 8°. p. 451...69.

6) C. A. DOM. VINTERHOLZNER, Coniecturae de supplendis lacunis quae in Gaii Inst. commentario IV. occurrunt. Vratisl. 1823. 8°. siue *Programma C. F. W. A. Vatero scriptum.* ibid. eod. 4°. Repetit E. Dupont in *Thémis et c.* tom. VI. Paris. 1824. 8°. p. 86...100.

7) Ed. SCHRADER, *Was gewinnt die Röm. Rechtsgeschichte durch Gajus Institutionen? Aus den Heidelberg. Jahrb. der Lit. besonders abgedr. Hdlbg.* 1823. 8°. Cf. Hugo | in *Gött. gel. Anz.* XVI. 1824. p. 241. sqq. siue in *Beytr. zur civilist. Bücherkenntn.* tom. II.

23) Huc pertinent praeter conplures utilissimas commentationes quae in ephemeridibus *Zeitschr. f. gesch. R. W.* aliisque publicatae sunt, e. gr. A. Bethmann-Hollweg, De causae probatione. Berol. 1820. 8°. G. F. Hartmann, De titulo pro herede. Cell. 1823. 8°. G. Elben, De usucap. pro herede. Tubing. 1823. 8°. A. W. Schroeter, De sponsoriis, fidepromissoriis, et fideiuss. Ien. 1823. 8°. mea comm. de mancipii causis. Berol. 1826. 8°. (quae ut inedita iaceret, uehementer optarim), [H. A. Zachariae, De fiducia. Goth. 1830. 4°. et q. s. r.] Ex Belgicis dissertationibus hae recensendae esse uidentur: B. Wichers, diss. ad loc. Gaii de tutelis. Groning. 1822. 8°. Ian. Maria van Maanen, De muliere in manu et in tutela sec. Gaii Inst. Lugd. Bat. 1823. 4°. G. I. H. Stas, De contractu fiduciae. Leod. 1824. 8°. Wicher van Swinderen, De legatis. Groning. 1824. 8°. G. G. H. van Imhoff, De fartis ad XII tabb. et Inst. Gaii et Iust. ibid. 1824. 8°. Franc. Leon. van Hasselt, Spec. de legis actionib. ib. 1824. 8°. [Vid. etiam F. C. Olsen, de legis actionibus. partes II. Havn. 1825. 1827. 8°. M. Bichon van Ysselmonde, Specimen historicum siue comment. ad Gaii comm. IV. locum de legis actionibus. Traiecti. 1840.]

p. 574...78. — Vid. etiam eiusdem auctoris et Vnterholzneri scripta critica in *Krit. Zeitschr. f. R. W.* vol. I. Tubing. 1826. 8°. p. 138...45. vol. III. ib. 1827. p. 313...19. vol. IV. ib. 1828. p. 197...236. vol. VI. ib. 1829. p. 29...40.

8) Armin. Guil. DE VSLAR, De iure civili ex genuinis Gaii comm. hauriendo.²⁴ Gotting. 1823. 4°.

9) Henr. Ed. DIRKSEN, *Beiträge zur Kritik einzelner Stellen in des Gaius Institt.*, in *Versuche zur Kritik et c.* Lips. 1823. 8°. p. 104...136.

10) Io. POTTER VAN LOON, *Collatio Inst. Iust. c. Gaii Inst.* Groning. 1823. 8°.

11) R. I. I. E. DALY, de contractibus sec. ord. Institt. coll. c. Gaii comm. L. B. 1823. 8°.

11*) E. BYRNOVF, De re iudicata et de rei iudiciariae ap. Romm. disciplina. Paris. 1824. 8°.

12) *Gaius und seine Bearbeiter*, in *Jen. Allg. Lit. Ztg.* 1825. 4°. N. 147...51. p. 210...43.

13) A. W. VON SCHRÖTER, *Uebersicht der seit 1813. besonders durch codd. rescripti neuentdeckten Stücke et c. in Hermes oder Kritische Jahrb. der Liter.* vol. XXV. Lips. 1826. 8°. p. 289...312.

14) Corn. Iac. VAN ASSEN, *Adnotatio ad Inst. Gaii comm.* Lib. I. [*ad comm. I.*] L. B. 1826. 8°. ed. II. ib. 1833. 8°. ed. III. 1850. 8°. Cf. „*Den Tex en van Hall, Bydragen tot Regtsgeleerdh.*“ part. I. Amst. 1826. 8°. p. 468...81.

14*) I. V. WESTRIK, *Adnotatio ad locum Gaii Institt. de sponsorib. fidepromiss. et fideiussor. et ad tit. Fragm. Vatt. de excusationibus.* L. B. 1826. 8°.

15) Phil. Ed. HVSCHKE, *Zur Kritik und Interpretation von Gaius Institutionen*, in *Studien des R. R.* vol. I. [*adhuc univ.*] Vratisl. 1830. 8°. p. 168...336.²⁵

16) Ed. PVOGÉ, *Observationes duae de iure civili.* Bonn. 1831. 4°. (Pagg. 5...8. de loco Gaii II. § 61. disputatur, sed parum recte is explicatur.)

[16*) Gaii Institutionum libri duo ex lege Rom. Visigoth. cura

24) Quam parum auctor ex Gaio hauserit nix diei potest.

25) Praeter Goeschenum nix alius quisquam de Gaio tantum meritis est quantum profundissimis doctissimisque Studiis [quibus nunc praeter alia etiam Symbolae (*Beiträge zur Kritik... des Gaius*) accesserunt] Huschkius.

XVII.

E. Böcking. (Genuini loci verbaque a Visigothica forma distinguuntur.) Bonn. 1841. 4°. Partem quoque facit Corporis iur. anteist.

[16**) Rich. de MAVBEVGE, De ratione qua Visigothi Gaii Institt. in epitomen redegerint, Diss. Lips. 1842. 4°.

[16) G. F. PUCHTA, *Verisimilium cap. VI.* Lips. 1839. 4°. (repetit. in eiusd. *Kleine civil. Schriften* ed. Rudorff. Leipz. 1851. 8°. p. 381...391.)

17) G. E. HEIMBACH in *ephemeridibus Leipziger Repertorium der Literatur.* a. 1843. vol. III. p. 49...57.

18) A. VON BVCHHOLTZ in *Kritische Jahrbücher f. d. Rechtswiss.* Lips. 1845. 8°. I. p. 481...501.

19) Ed. HVSCHKE, *Kritische Bemerkungen zum vierten Buch der Institutionen des Gaius.* in *annalibus litter. Zeitschr. für gesch. Rechtswissensch.* vol. XIII. Berol. 1846. 8°. num. V. p. 248...338.

20) C. W. PÜSCHMANN, *Studien zu Gaius.* Leipz. 1854. sqq. 8°.

21) Ed. HVSCHKE, *Beiträge zur Kritik und zum Verständnis der Inst. des Gaius.* Lpz. 1855. 8°. [Hunc librum significant litterae *Hschk.*, reliquos Husehianos litterae *Huschk.*]

Mayeri comm. ad III. § 48. et Rudorffii disp. crit. ad I. §§ 95. sq. de maiore ac minore Latio (Berol. 1860. 4°.) suo utramque loco laudauimus. [Kelleri et Hollwegii egregios libros de proecessu civili Rom. memorare h. l. sufficit.]

Ad Gaium diligenter respiciunt etiam non nullae recentiores Iustinianarum Institutionum editiones, e. gr. Iust. Inst. e. nouiss. repertis Gaii Inst. coll. Paris. 1822. 8°. denuo ed. P. de XVIII. Ryckere. Gand. 1827. 8°. Item Kriegelianum Institt. | Iust. exemplum sub singulis rubricis ad Gaium nos remittit; sed inter omnes eminent Ed. Schrader, *Corp. iur. civ. et c.* Tom. I. Inst. libri IV. Berol. 1832. 4°. cuius minus quoque exemplar stereotypum (Berol. 1836. 12°.) utilissima locorum parallelorum adnotatione exornatum est.

Et haec quidem non nescire iuuentutis quae maxime mihi cordi est, putavi non nihil interesse. accipite igitur hunc Gaium benivole et diligenter ac sollerter eo utimur mihi que fauete.

Scribebam Bonnae Idibus Martiis a CIOLCCCXXXL [iterum Idib. Octobr. a. CIOLCCCXXXIII. et tertium kal. Oct. a. CIOLCCCLV.]

Bluhmii in adhibendis acidis materiis, ut euanescentes litterae elicerentur, licentia, qua effectum est ut codicis Veronensis loci ab illo temptati nunc aut obfuscati aut exesi essent; ut neque nunc Huschkii laudem commemoratione nihil ipsi codici nocentis in supplendis reformandisque his commentariis libidinis detrectare in animo est. Iam posteris commendo hunc Gaium ante hos quinquaginta annos denuo luci redditum; in eorum cura haereat perpetuo, cuius denuo edendi spem, non desiderium equidem nunc depono. Valete.

Scripsi Bonnae ad Rhenum kal. Ian. a. MCCCLXVI.

PRAEFATIO HVIVS QVINTAE EDITIONIS.

Non nulla quae ad hoc exemplum pertinent, superiori praefationi inserui. in eo emendando plurimum me adiuvit ille ceterum improbus labor, qui in scribendo codicis Veronensis apographo una cum hoc libro prodeunte mihi consumendus fuit: quinquens enim totas has Institutiones ex quinque diversarum schedarum fasciulis diversis litterarum formis scripsi: sed multis etiam locis emendatius et plenius hoc exemplum factum est quam priora mea, e. gr. I. 2. 14. 20. 27. 29. 30. 43. 45. 66. 71. 85. 106. 114. 122. 127. 129. 131. 132. 158. 179. 182. II. 7. 19. 22. 27. 28. 57. 64. 67. 82. 83. 112. 135. 149. 150. 155. 160. 179. 194. 196. 201. 202. 204. 219. 227. 232. 238. 269. 283. 286. III. 14. 51. 54. 56. 84. 109. 116. 117. 119. 132. 151. 172. 174. 175. 219. 220. IIII. 2. 6. 14. 15. 21. 23. 26. 31. 34. 37. 41. 43. 44. 46. 48. 51. 53. 63. 72. 82. 112. 114. 117. 121. 123. 144. 153. 166. 172. 182. 183. quarum quidem emendationum pars non mihi sed aliis debetur, ut de singulis in adnotatione dictum est. ego mihi maximopere placui ubi ea me excogitasse aut ab aliis recepisse sensi quae, si non invida sors prohiberet, Lachmanno placere opinatus sum. Iterum dedicatorem tertii mei exempli epistolam ante hos sedecim annos scriptam post hanc praefationem repetiturus addo ibi me conqueri noluisse de

Vestris nominibus hunc librum ideo inscriptum aliquis suspicari possit, ut in eius editorem ex Vestra claritate non nihil lucis resplendeat. Vosmet autem ipsi, clarissimi carissimique uiri, probe nostis huiuscemodi adrogantiam a me alienam esse. uerum alii non sine suo iure quod Vestram modestiam quominus ipsi fateamini, prohibere scio, si quam laudem hoc Gai exemplum meretur, eam tum beato Goescheno, tum Vobis praeceteris, non mihi debere profiteantur; idem quod ex animi mei sententia ipse profiteor. Quantum Tuae, mi Bluhmi, ut pretiosissimum Gai opus in genuinam formam instauraretur, diligentiae studioque debeatur, non solum, dum Veronae saepius comoror, cum delectatione admiratus sum, sed innumeris etiam locis quotquot criticam his Commentariis adhibuerunt curam, uno omnes ore testificantur. Egregia uero, celeberrime Huschki, indefessaque Tua sollertia, quae cum Tua et iuris scientia et totius Latinarum litterarum orbis cognitione certare uideatur, quotiens ipsum Gaium ut iuris arcana formulasque agendi nobis panderet, quasi reuiuiscere fecit! Te longe felicissimum ex multis qui in ueteris iuris consulti formosis olim, sed temporis monachorumque iniuria ualde deformatis defruncatisque membris reficiendis artem suam exercuerunt, θεραπευτήν celebraremus, nisi benignior quam Tibi inuidiosior sors dedisset, ut ingenium suum, erga Goeschenii manes pietate motus, Lachmannus meus, cui Πρωξίον quasi prouidentia quaedam non a ridendo, sed a medendo curandoque nomen imposuit, in his quoque Institutionibus redintegrandis adhiberet. Itaque intellegitis, uiri amicissimi, mihi met nihil fere relictum fuisse, nisi ut quae Vobis debentur, colligerem exque collectis ad artem suo quidque loco exhiberem. Quod quidem si ita me fecisse constiterit, ut Vestris personis non indignum iudicetur, sane bonum utilemque esse hunc Vobis redditum librum non solum spero, sed confido etiam persuasumque habeo.

Valete meque, quod semper fecistis, amate.

Dabam Bonnae a. d. xv. ante kal. Nouembr. a. cldcccxxxviii.

[COMMENTARIVS PRIMVS.]

Cod. Ver. I. DE IVRE GENTIVM ET CIVILI. ¹Omnes populi qui legibus §1. pag. 1. et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium fol. 50a.

⁴ hominum iure utuntur: | nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius | proprium ²est uocaturque ius ciuile, quasi ⁶ius proprium ipsius ciuitatis; quod uero naturalis ratio inter ⁸omnes | homines constituit, id aput omnes populos per aequae custoditur uocaturque ius gentium, | quasi quo iure omnes ¹⁰gentes utuntur. ³populus itaque Romanus partim suo proprio, ¹²partim communi omnium hominum iure utitur. quae singula qualia sint, suis locis proponemus.

⁴Constat autem ius Romanum ex legibus, plebi scitis, se|- §2.

(1) Suppleuimus ex L.9.D.cit. (2) ciuitatis add Dig. et Inst. (3) et add Inst. (In Dig. tota quae sequitur clausula non legitur.) (4) Constat autem ius nostrum Inst. Constant at iura C. Constant autem iura edd. sed Gaium scripsisse quod nunc dedimus, ex superiore loco adparet. feci constat at ius r. iura h.l. non ferenda sunt. In C. saepe n falso inserta est (e.g. p.2.v.23.) et ³stant pro constat est etiam p.16.v.15., interueniant pro interueniat p.51.v.12., et p.203.v.3. uel dumtaxant librarius fecit. tum et p.14.v.2. nostra per N cum suprascripta a scribitur; ius autem perpetuo fere codicis mori con-

§ 1. §1.I. de iure naturali 1.2. L.9.D. de iustitia et iure 1.1. (Gai. lib. 1. Institutionum.) Vid. infra §§ 89. 156. 189. 2. 65. sq. 69. 79. 3. 92. 132. sq. 154. 194. Dosith. de manu missionib. §1. (p. 41. sq. ed. Böcking.) Ulp. §4. ante tit. 1. §§ 2. 11. I. tit. cit. §11. I. de rer. diu. 2. 1. (Gai. L. 1. pr. D. de A.R.D. 41. 1.) Ulp. L. 1. § 4. LL. 4. 6. D. tit. cit. 1. 1. Cic. de inu. 2. 22. 67. Tusc. 1. 13. 30. et 15. 35. de Off. 3. 17. 69. Top. 2. 9. c. Boeth. (ed. Baier. p. 288.) de LL. 1. 5. 17. Cornific. ad Herenn. 2. 13. 19. Isidor. Orig. 5. 3. 1. i. f. cap. 4. § 1. et capp. 5. 6. item Demosth. or. 1. in Aristocrat. c. 12. Or. 1. in Aristogiton. c. 5. sq. Isoerat. adu. Callimach. c. 14.

§ 2. Cf. § 3. I. de iure nat. 1. 2. Pap. L. 7. pr. D. tit. cit. 1. 1. Isidor. Or. 5. 9. 2. Vid. Dosith. l. c. § 2. (p. 43. sq. ed. Böcking.) Cic. Top. 5. 28. pro Quint. 6. 28. (ius, consuetudo, edicta praetorum). infra § 26. 3. 32. 4. 110.

natus consultis, constitutionibus principum, edictis eorum qui
 §3. ius edicendi habent, responsis prudentium. | Lex est quod
 populus iubet atque constituit. plebi scitum est quod plebs
 iubet atque constituit. plebs autem a populo eo distat, quod
 populi appellatione universi ciues significantur, connumera-
 tis etiam patriciis; plebis autem appellatione sine patriciis
 ceteri ciues significantur; unde olim patricii dicebant plebi
 scitis se non teneri, quia sine auctoritate eorum facta es-
 sent; set postea lex Hortensia lata est, qua cautum est
 ut plebiscita uniuersum populum tenerent: itaque eo modo
 §4. legibus exaequata sunt. Senatus consultum est quod senatus
 iubet atque constituit, idque legis uicem optinet, quamuis
 §5. fuerit quaesitum. | Constitutio principis est quod imperator
 decreto uel edicto uel epistula constituit. nec umquam du-

uenit. HIA. iura (propria) dedit, quod uitiosum uidetur pariter atque
 quod adnotauit, his propriis iuribus opponi §8. omne ius quo utimur.
 (1) Ubi in cod. s siue s' siue set legitur, t uitor, non sed scribo.

Valer. Prob. ed. Momms. §3. „Litterae singulares in iure ciuili de legibus et plebi scitis.“ §3. Cf. §4. I. tit. cit. 1.2. cum Theoph. ad h.l. et §5. Vid. Isidor. Or. 5.10.11. Fest. noc. Populi, Scita plebei, Scitum populi (ed. Müll. p. 233. 293. 330.) Gell. 10.20.15. 27. Plin. H.N. 16.10. sect. 15. Gai. L. 238. pr. D. de V.S. 50.16. Pomp. L. 2. §8. D. de O.I. 1.2. item Cic. de LL. 1.5. sq. §§17...19. Pap. L. 1. Marcian. L. 2. D. de LL. 1.3. item Ulp. §1...3. ante tit. 1. Val. Prob. §3. n. 18. S.C. = senatus consultum n. 19. P.S. = plebi scitum. §4. §5. I. tit. cit. 1.2. c. Theoph. Vid. c. 3. 32. 4. 110. Val. Prob. l. c. item n. 20. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. n. 21. Q. F. E. n. 22. I. S. F. Pomp. L. 2. §9. D. de O.I. 1.2. Ulp. L. 9. D. de LL. 1.3. Isidor. Or. 5.12. Cod. de senatus consultis 1.16. Asconius in Cornelian. argum. et Cic. ap. eund. (p. 57. 67. ed. Bait.) de LL. 2.6. pro dom. 16. §41. Quintilian. Inst. or. 5.2.5. Notae Papianae ed. Momms. p. 328. n. 14. sqq. (aliter in Meerman. Thes. 1. p. 106.) Dio Cass. 36. 39. ed. Bekk. §5. Cf. §6. I. tit. cit. 1.2. c. Theoph. Vid. Pomp. L. 2. §11. D. de O.I. 1.2. Ulp. L. 1. pr. §1. D. de constitutionib. princip. 1.4. Iul. L. 11. D. de LL. 1.3. Isidor. Or. 5.13. Th. et Val. L. 3. Val. et Marc. L. 9. Leo et Zeno L. 11. Iustinian. L. 12. C. de LL. 1.14. Idem const. Deo auctore §7. siue L. 1. §7. C. de uet. iure enucl. 1.17. Alex. L. 3. C. de testam. 6.23. (a. 233.) Philo de legat. ad Gai. p. 996. ed. Ff. 1691. fol. (ἀνεπίθρον ἀρχὴν εἶναι τὴν αὐτοκρατοράν. r. 2. Quintil. l. c. Vide quoq. Ulp. L. 2. pr. D. ad SC. Vell. 16.1. L. 1. pr. D. de test. milit. 29.1. Fgm. Vat. §§158. 195. 212. (Momms.

bitatum est, quia id legis uicem optineat, cum ipse impe-
 rator per legem imperium accipiat. | Ius autem edicendi §6.
 habent magistratus populi Romani; set amplissimum ius
 §12 est in edictis duorum praetorum, urbani et peregrini, quo-
 rum in prouinciis iuris dictionem praesides earum habent;
 §13 item in edictis aedilium curulium, quorum iuris dictionem
 in prouinciis populi Romani quaestores habent; nam in
 §16 prouincias Caesaris omnino quaestores non mittuntur, et
 §18 ob id hoc edictum in his prouinciis non proponitur. | Re- §7.
 sponsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum
 quibus permissum est iura condere. quorum omnium si
 §20 in unum sententiae concurrant, id quod ita sentiunt, | le-
 §22 gis uicem optinet; si uero dissentiant, iudici licet quam
 uelit sententiam sequi: idque rescripto diui Hadriani significatur.

(1) Quasi h. l. minus recte eadem dicenda essent quae §2. scripta sunt, HIA inseruit „(Edicta sunt praecepta eorum, qui ius edicendi habent.)“ Isidor. Or. 5. c. 13. non pertinet ad praetorum edicta: „Constitutio uel edictum, quod rex uel imperator constituit uel edicit.“ et male praecepta esse edicta in generali horum definitione quis dixerit. (2) aedictis suprascripta o super is C. edicto G. 1. (3) sed q C. (4) significant C. An rescripta... significant? Heff. Cf. ad p. 1. v. 13. et de i in fine monendum est, eam litteram saepissime in C. esse pro tur, siue librarius r pro t scripserit (ut etiam saepe passiuua uerba ex actiuis fecit) siue τὸ cognosci non potuerit. Scribo tur

Stadr. v. Salpensa p. 390. sqq.) Iustinian. L. 26. C. de donat. 5.16 (utpote imperialibus contractibus legis uicem optinentibus). Alio sensu legi opponitur quod legis uicem optinet, ut infra §83. §6. Cf. §7. I. tit. cit. 1.2. cum Theoph. Vid. infra 4.11. Pomp. L. 2. §10. D. de O.I. 1.2. Pap. L. 7. §1. Marcian. L. 8. D. de iust. et iure 1.1. Ulp. L. un. §2. D. de off. quaestoris 1.13. Iustinian. Nou. 24. praef. Nou. 26. c. 1. §1. item Plaut. Capt. 4.2.43. Poenul. prolog. vv. 10. sqq. cum Dig. de aedilicio edicto 21.1. et Cic. multis locis, e. gr. de inu. 2.22.67. ad Att. 6.1. §§12.4. in Verr. 2.1.42.44. sqq. Ascon. in Cornelian. argum. (ed. Baiter. p. 56. vv. 15...18.) Dio Cass. 36.23. (ad a. 687.) 53.28.57.16. Vid. etiam Corn. Nep. in Cat. 2. Gell. N. A. 13.15.11. Dio Cass. 55.6. post med. Cic. in Verr. 2.2.41.100. Tac. Ann. 12.60. §7. Cf. §8. I. tit. cit. 1.2. c. Theoph.

§8. II. DE IVRIS DIVISIONE. | 'Omne 'autem ius quo utimur, uel ad personas pertinet, uel || ad res, uel ad actiones. 'set 3. prius uideamus de personis. | 27b.

 §67. ergo eum in potestate || sua habere incipit. Item si ciuis
 Romanus Latinam aut peregrinam uxorem duxerit per ²ingno-
 rantiam, cum eam ciuem Romanam esse crederet, et filium
 procreauerit, hic non est in ³potestatem, quia ne quidem
 ciuis Romanus est, set aut Latinus aut peregrinus, id est
 eius condicionis cuius et mater fuerit, quia non aliter ⁴quis-
 quam ad patris condicionem accedit, quam si inter patrem et
 matrem eius conubium sit: set ex senatus consulto permittitur
 causam erroris probare, et ita uxor quoque et filius ⁵ad ciui-
 tatem Romanam perueniunt, et ex eo tempore incipit filius
 in potestate patris esse. idem iuris est si eam per igno-
 rantiam uxorem duxerit quae dediticiorum numero est, nisi
 §68. quod uxor non fit ciuis Romana. Item si ciuis Romana
 per errorem nupta sit ⁶ peregrino tamquam ciui Romano,
 permittitur ei causam erroris probare, et ita filius quoque
 et maritus ⁷ad ciuitatem Romanam perueniunt, et aequae
 simul incipit filius in potestate patris esse. idem iuris est
 si peregrino tamquam Latino ex lege Aelia Sentia nupta

(1) sed causa postea probata ciuitatem Romanam consequitur adicien-
 dum esse put. Gö. Hschk. sic: at [sed postea HIA] causa probata c.
 Rom. consequit cum fil. [cum Latino filio HIA]. ego nunc p' tea cpbata
 conse ut fere certa recepi. restituerim: set si postea causa probata
 c. R. | consecutus est pater, (2) sic C. (ut ingnomia in titulis) igno-
 rantiam edd. (3) pot' C. 1. e. potestatem quod nunc restitui. (4) quisq'
 C. (5) Latino aut excidisse Klenz. non bene opinabatur. (6) at C.

iure recent. etiam quae §2. I. de her. q. ab int. 3.1. Gaiano 3.2 addidit.]
 § 66. Vid. §§29.73.94.95. 3.5.73. et 1.30.80. ibiq. citt. ll. impr. Ulp. 7.4.
 § 67. Vid. 2.142. 3.5.53. 1.15.26.56.80. Ulp. 7.4.5.9. Paul. S.R. 4.8. §7.
 SCo] hoc antiquius fuisse alio sub Hadriano facto, apparet ex 2.142.
 143. HIA. § 68. Vid. Ulp. 7.4. et in Collat. 16.2. §5. Paul. S.R. 4.8.

§69. sit; nam et de hoc specialiter senatus consulto cauetur.
 §70. idem iuris est aliqua tenus si ei qui dediticiorum numero
 est, tamquam ciui Romano aut Latino e lege Aelia Sentia
 nupta sit; nisi quod scilicet qui dediticiorum numero est, in
 §71. sua condicione permanet, et ideo filius, quamuis fiat ciuis Ro-
 manus, in potestatem patris non redigitur. Item si Latina
 §72. peregrino quem Latinum esse crederet, nupserit, potest
 65b. t. s. ex senatus consulto filio nato causam erroris probare, et ita
 omnes fiunt ciues Romani, et filius in potestate patris esse
 §73. incipit. Idem iuris omnino est si Latinus per errorem per-
 §74. egrinam quasi Latinam aut ciuem Romanam e lege Aelia
 §75. Sentia uxorem duxerit. Praeterea si ciuis Romanus qui
 §76. se credidisset Latinum, duxisset Latinam, permittitur eidem
 §77. filio nato erroris causam probare, tanquam si ex lege Ae-
 §78. lia Sentia uxorem duxisset. Item hiis qui cum ciues Ro-
 §79. mani essent, peregrinos se esse credidissent et peregrinas
 §80. uxores duxissent, permittitur ex senatus consulto filio nato
 §81. causam erroris probare: quo facto peregrina uxor ciuis Ro-
 §82. mana et filius quoque ciuis Romanus fit, et non solum ad
 §83. ciuitatem Romanam peruenit, set etiam in potestatem pa-
 §84. tris redigitur. Quaecumque de filio esse diximus, eadem §72.

(1) a. s. e. lege as C. (2) e lege Aelia Sentia hic ins. HIA miro modo
 ex v. 20. prioris pag. superabundans a. s. in hunc alterius pag. v. 1. tra-
 hens. (3) duxisset c. Hugone Gö. et edd. m. duxerit HIA. (4) e. C.
 ei edd. (5) duxissent C. (6) h. u. C. his qui licet c. Gö. edd. m. iis
 qui cum HIA ac si C. habuisset iis qui c' sed puto habuisse hur qe'
 quod nunc dedi. (7) credidisset C. (8) (fit) ex Hollw. coni.
 inser. Gö. 3. et edd. m. 2.3. (9) q. a. tia(?) C. sec. Bl. Cum Gö. prio-
 rib. edd. ix litt. spatium olim reliqui. Gö. prop.: que ex ea natus
 La. q. que ita an q. simul? Klenz. uoluit: R. erit, filius uero causa
 probata. ego olim: fit et filius quoque c. prob. Buchh.: quoque qui
 ita. Pöschm. temere: Romani et filius quem est enixa, non solum
 ambo ciuitatem apiscuntur, sed et filius in pot. HIA dedit: (fit) et filius,
 qui item est peregrinus.

§§7.15. (Collat. 16.3. §§7.15.) supra §§15.26. infra §§78...86. Boeth. ad Cic.
 Top. c. 4. §§21.53. (Bait. p. 304.362.) §. 70. Vid. etiam §30. § 72. Cf.

§73. et de filia dicta intellegemus. Et quantum ad erroris causam probandam attinet, nihil interest cuius aetatis filius¹⁶ siue filia sit² Latinus e... qui¹⁸ ni si minor anniculo sit filius filiae, causa probari non potest. nec me praeterit in aliquo rescripto²⁰ diui Hadriani ita esse constitutum, tamquam quod ad erroris quoque causam probandam⁴ §. 23. imperator.

§74. tuendam dedit. Item peregrino uxorem duxisset et filio nato alias ciuitatem Romanam consecutus esset, deinde eum quaereretur an causam probare posset, rescripsit imperator Antoninus perinde posse eum causam probare, atque si peregrinus mansisset. ex quo colligimus etiam per-

§75. egrinum causam probare posse. Ex iis quae diximus

(1) intellegemus C. intellegemus. Set Gö. (2) Quae desiderantur, ad causae probationem ex lege Aelia Sentia pertinere manifestum est. HIA: cum senatusconsulto nihil de ea re caueatur: nisi forte Latinus uel Latina proponatur, qui ex lege Aelia Sentia matrimonium contraxerint: nam tunc sane si. (3) nisi C. „Sententia haec est: in erroris causa probanda nihil interesse, cuius aetatis filius sit; ex lege A. S. autem causam probari non posse si minor anniculo sit filius.“ Gö. (4) Cf. C. Tale quid suppl. prop. Gö.: attinet, anniculus filius esse debeat. HIA: anniculum filium factum necesse sit: sed non semper uideri debet generale ius indutum, cum imperator epistulam ad quendam dedit. (quod et rei et ductibus superstitionibus parum conuenire uidetur.) Mihi uidetur v. 18. peregrini scriptum fuisse. (5) HIA: At peregrino quoque nuptiis per errorem contractis causam probare licere, rescripto significatur. quippe quodam casu acciderat, ut peregrinus ciuem Romanam, quae eum Latinum credebatur, ex lege Aelia Sentia. (6) „Summa huius articuli haec uidetur: peregrinum ex lege A. S. causam probare non posse, sed ad erroris causam probandam admitti.“ Gö. (7) HIA sic: Ex iis, quae diximus, apparet, siue errore siue scientem peregrinus ciuem Romanam uxorem duxerit, eum, qui ex eo matrimonio nascitur, peregrinum nasci; sed si quidem per errorem eum eo matrimonium con-

trahitur filio filiae ap. Ulp 3.3. liberi 7.4. Vid. Ulp. L. 195. pr. L. 1. D. de V. S. 50. 16. (et supra §32a.) §. 73. Vid. supra §29. §§ 74. 75. Vid. supra § 68.

apparet siue errore peregrinus quidem errorem matrimonium ea quae superius nullus error interuenerit nullo casu §. 17. 18. uxorem duxerit, §76.

sicut supra quoque diximus, iustum matrimonium contrahi. et tunc ex hiis qui nascitur et cuius Romanus est et in potestate patris erit. Itaque si cuius Romana peregrino §77. §. 23.

§78. filius est, tamquam si ex peregrina eum procreasset. hoc tempore e senatusconsulto quod auctore diuo Hadriano factum est, etsi non fuerit conubium inter ciuem Romanam et peregrinum, qui nascitur, iustus patris filius est. Quod autem diximus inter ciuem Romanam peregrinumque matrimonio contracto eum qui nascitur, peregrinum tractum fuerit, causam ex senatusconsulto probari posse secundum ea, quae superius diximus; si uero nullus error interuenerit, sciente ciue Romana condicionem mariti sui nullo casu mariti uel filii statum mutari. Ego nunc non nulla, quae etiam ed. 4. ex codicis ductibus recepi, ut nimis incerta ex vv. 10...16 eiei malim.

(1) In Gö. 3. ed. a. La. curata (Berol. 1842. 8. p. 35.) uerba nullus error (nunaoptor C.) multo errore perperam conlocata sunt, ubi asterisci ponendi erant: debebant (ut fecimus) seq. ante interuenerit poni. (2) §68. (3) „Ex iis, quae sequuntur, intellegitur, Gaium loqui de ciue Romano, qui peregrinam, eum qua conubium habeat, uxorem duxerit.“ Gö. Similiter HIA: Illud plane constat, inter ciuem Romanum et peregrinam, si quidem eam, cum qua conubium habeat, (4) §56. (5) cr C. feci et cr. Edd. et non habent. (6) La. Göscheniana emendans prop.: Itemque si ciuis R. peregrino nupserit, is qui nascitur, licet omni modo peregrinus sit, tamen interueniente conubio iustus patris Tum HIA: Itemque si ciuis Romana peregrino nupserit, conubio ex iure peregrini populi interueniente, qui ex eis nascitur, peregrinus et iustus patris (7) iam. C. (8) nq C. An tm (tamen)? Gö. et sic HIA. Lego namque (9) Sententiam esse opinata-

§ 76. Vid. supra §56. § 77. Vid. infra §92. (cf. Liv. 23. 2. 6. 31. 31. 11. 38. 36. 6. HIA.) § 78. Vid. Ulp. 5. 8. L. 24. D. de statu hom. 1. 5. Boeth. ad §68. cit. L. 1. Th. C. de collegiatis 14. 7.

_____ y. 6. _____ | eadem lege _____ 6
 — si partus — | qua e. conubium non sit _____ ..
 peregrinus ex eo coitu nascatur _____ .. *neces*saria lex s.
 _____ | _____ | est 12
 _____ | _____ . *accedit.* qua parte
 .. *iubet* lex .. — pe|regrina peregrinum _____ | 14
 § 79. nam etiam .. — lege .. _____ | futurum erat. Adeo 16
 autem hoc ita est, ut ² _____ | _____ y. 17. 18. _____ | 18
 _____ set etiam qui La|tini nominantur; 20
 sed ad alios Latinos pertinet, qui | proprios populos propri-
 asque ciuitates habebant | et erant peregrinorum numero. 22

tus est Gö.: 'Quod autem diximus, inter ciuem Romanam peregrinumque matrimonio contracto, eum, qui nascitur, peregrinum nasci etiam si conubium inter patrem et matrem non sit, id lege Mensia [?] introductum est. eadem lege illud quoque cauetur, ut si peregrinam, cum qua ei conubium non sit, uxorem duxerit ciuis Romanus, peregrinus ex eo coitu nascatur. et in priore quidem specie necessaria lex Mensia fuit: nam alioquin conubio inter patrem et matrem non interueniente is, qui natus est, secundum iuris gentium regulam matris, non patris conditioni accedit'. Tum HIA sic: nasci, etiam conubio non interueniente ualet, idque per legem Mensiam iam antea effectum est. eadem lege illud quoque cauetur, ut si peregrinam, cum qua ei conubium non sit, uxorem duxerit ciuis Romanus, peregrinus ex eo coitu nascatur. et in priore quidem specie necessaria lex Mensia fuit: nam alioquin conubio inter patrem et matrem non interueniente is, qui natus est, secundum iuris gentium regulam matris, non patris conditioni accedit. qua parte autem iubet lex, e ciue Romano et peregrina peregrinum nasci, nihil noui introduxit; nam etiam sine ea lege e regula iuris gentium idem futurum erat. (1) q cum a supraser. et C. (2) Fortasse sic explendum esse Gö. adnotat: Adeo a. h. i. e., ut non interueniente conubio matrem is quoque sequatur, qui ex ciue Romano et Latina coloniaria uel Iuniana nascitur, quamquam hoc casu cessat lex Mensia. quae sane non eos tantum spectat, qui peregrini, pro postremis: nam ea lex sane non tantum de peregrinis loquitur La. Huschk.: adeo, ut — ex Latina et ciue Romano qui nascitur, ex solo iure gentium matris conditioni accedat; quamquam lege Mensia non solum ceteri peregrini comprehenduntur. Haec sic mutauit HIA: Adeo — ut etiam ex — nascitur, matris c. a.; nam lex Mensia ad hunc casum non pertinet: quae quidem non peregrinos tantum comprehendit,

§ 79. Vid. ad § 96. c. it. l. item ad § 131. (cf. § 29. 22. Ulp. 3. 3. HIA).

Eadem ratione | ex contrario ex Latino et ciue Romana qui § 80.
 22. nascitur, | ciuis Romanus nascitur. fuerunt || tamen qui pu-
 29b. tauerunt ex lege Aelia Sentia contracto matrimonio Lati-
 num nasci, quia uidetur eo casu per | legem Aeliam Sen-
 4 tiam et Iuniam conubium inter eos | dari, et semper conu-
 bium efficit, ut qui nascitur, | patris conditioni accedat;
 6 aliter uero contracto matrimonio eum qui nascitur, iure gen-
 tium matris | condicionem sequi: at uero hodie ciuis Ro-
 8 manus est; scilicet hoc iure utimur | ex senatus consulto,
 quo auctore diuo Hadriano significatur, ut | omni modo ex
 Latino et ciue Romana natus ciuis Romanus nascatur. |
 10 His conuenienter etiam illud senatus consulto diuo Hadria- § 81.
 12 no ⁴. auctore significatur, ut ex Latino ⁵ et peregrina, item
 contra ex peregrino et Latina qui nascitur, | matris condicio-
 14 nem sequatur. Illud quoque his conueniens est, quod § 82.
 ex ancilla et libero iure gentium seruus nascitur, et ex
 16 libera et seruo liber nascitur. | Animaduertere tamen § 83.
 debemus, 'ne iuris gentium | regulam uel lex aliqua uel

(1) *cad. p. uora?* C. Eadem ratio facit, ut... nascatur. Hollw. eadem ratione. [tractis his uerbis ad praeced.] at... | [ut] c. R. nascatur. Huschk. tum in Studien idem sic: Eadem ratio facit... | [ut] c. R. nascatur. sed HIA nunc eadem quae nos. Decem litterarum spatium ed. 2. Gö. in fine § 79., ed. 3. eiusd. in princ. § 80. reliquit. Cf. C. (2) at (f) ubi (r) u. i. e. s. hoc C. sec. Bl. La. et HIA: uero hodie nihil interest. sed hoc i. u. Huschk.: sequitur a ridiculum e sed hoc iure utimur quod et (3) Ita Hollw. qm C. sec. Bl. Fort. qm (quoquo modo) Huschk. sed omnimodo retinet HIA. ..Gö. (4) *sacratissimo*, quod edd. exhibent, displicet Blumio. schedae habent s auctor Eiciendam esse s putauerim (quod nunc fecit HIA) aut legerim Hadriano auctore facto. cf. 3. 73. sed etiam ad super. § 54. adn. (5) ..per.. rina .. na C. (6) nec C. locum a Gö. male habitum sanauit Huschk. num eam Klenz. et Hefft. iam ed. m. 1. Huschk. sequitur. (7) *uelex* C. sec. Bl. et tum legi C.

§ 80. Vid. §§ 29. 56. 67. 30. 66. 2. 143. 3. 73. Cic. Top. 4. 20. § 82. Vid. §§ 88. 59. Ulp. 5. 9. cf. 10. Isidor. Or. 9. 5. 18. Boeth. l. c. infra §§ 82. 88. Ant. L. 3. C. soluto matr. 5. 18. Sed uide etiam Paul. S. R. 2. 24. § 1. 3. Marcian. L. 5. § 2. 3. D. de statu hominum 1. 5. pr. I. de ingenuis 1. 4. § 83. Vid. Ulp. L. 24. D. de statu hominum 1. 5.

§84. quod legis uicem optinet, aliquo casu commutauerit. ecce 18
 enim ex senatus consulto | Claudio potestatis eius Romana
 quae alieno seruo uolente domino eius coit, ipsa ex pactione 20
 libera permanere, sed seruum procreare: nam quod inter eam
 et | dominum istius serui conuenerit, ex senatus consulto ra- 22
 tum | esse iubetur. set postea diuus Hadrianus iniquitate rei |
 et inelegantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut 23.
 §85. cum ipsa mulier libera permaneat, liberum pariat. ^{Etiam} 109a
 lege Aelia Sentia ex ancilla et libero poterant liberi nasci;
 nam ea lege cauetur, ut si quis | cum aliena ancilla quam crede- 4
 bat liberam esse | coierit, siquidem masculi nascantur, liberi
 sint, si | uero feminae, ad eam pertineant, cuius mater an- 6
 cilla | fuerit. sed et in hac specie diuus Vespasianus inele-
 gantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut omni 8
 modo, etiam si masculi nascantur, | serui sint eius cuius et 10
 §86. mater fuerit. Sed illa | pars eiusdem legis salua est, ut ex
 libera et seruo | alieno quem sciebat seruum esse, serui na- 12
 scan|tur. itaque apud quos talis lex non est, qui nascitur, |
 iure gentium matris condicionem sequitur et ob id liber est. 14

(1) coit C. (recte = coit). coisset Gō. 1. 2. coierit uoluit Cramer.
 (2) eo HIA. (3) ex ancilla C. Gō. Ex [diuerso ex] Postea uoluit:
 Ex [lege — ex] quod edd. m. 3. 4. habent. De lege Aelia Sentia cogi-
 tant; de lege Mensia [ψευδῆ γράφω] puto] van Assen. Scribendum
 fuerit et legēs ex ancilla. HIA fecit: Item e lege Latina | ex ancilla
 (falso posita lineola | et non recte omisso legis nomine, ut sq. ea lege
 ostendit). (4) masculi C. (5) inelegantia C. (6) nascantur? C.

§ 84. Cf. infra §§91.160. Vid. Tac. Ann. 12. 53. cum 12. 6. 7. Sueton.
 Vesp. 11. Ulp. 11. 11. Paul. S. R. De mulieribus. ad SC. Claudian. 2. 21.
 et 4. 10. § 2. Th. C. ad SC. Claudian. 4. 11. Fgm. de I. F. § 12. Alex. L. 3.
 Diocl. et Max. L. 26. C. de liberali causa 7. 16. Iid. L. 9. C. commun. de suc-
 cess. 6. 59. Tertullian. ad uxor. 2. 8. [De recent. iure uide § 1. L. de success.
 sublat. quae fiebant... ex SC. Claudian. 3. 12. c. Theophilo. Cod. de SC.
 Claudiano tollendo 7. 24. item cf. De mulieribus quae se seruis pro-
 priis iunxerunt: Th. C. 9. 9. Nouell. Anthem. I (ed. Haenel. p. 341. sqq.)]
 § 85. Vid. § 82. cit. L. 3. C. soluto matr. 5. 18. Constantin. L. 3. C. de
 incest. nupt. 5. 5. § 86. Vid. § 83. Pap. L. 2. pr. D. ne de statu de-
 functor. 40. 15. cit. L. 3. C. soluto matrimonio 5. 18.

16 Quibus autem casibus matris et non patris | condicio- §87.
 nem sequitur qui nascitur, hisdem casibus in potestate eum
 18 patris, etiam si is ciuis Romanus sit, non esse | plus quam
 manifestum est. et ideo superius | retulimus, quibusdam
 20 casibus per errorem non iusto con|tracto matrimonio sena-
 tum interuenire et emendare | uitium matrimonii, eoque modo
 22 plerumque effice|re, ut in potestatem patris filius redigatur. |
 Set si ancilla ex ciue Romano | conceperit, deinde manu missa §88.
 ciuis Romana | facta sit, et tunc pariat, licet ciuis Romanus sit
 24. qui nascitur, | sicut pater eius, non tamen in | potestatem pa-
 109b tris | est, quia neque ex iusto coitu conceptus est, neque ex |
 ullo senatus consulto talis coitus quasi iustus constituitur. |
 4 Quod autem placuit, si ancilla ex ciue Romano conce- §89.
 perit, deinde | manu missa pepererit, qui nascitur liberum
 6 nasci, | naturalis ratione fit; nam hi qui illegitime concipiun-
 8 tur, | statum sumunt ex eo tempore quo nascuntur; | ita-
 que si ex libera nascuntur, liberi fiunt, nec inter|est ex quo
 10 mater eos | conceperit, cum ancilla fuerit: at hi | qui legi-
 time concipiuntur, ex conceptionis tempore | statum sumunt.
 12 itaque si cui mulieri | ciui Romanae praegnant|i aqua et igni §90.
 interdictum fuerit, eoque modo peregrina | fiat, et tunc pa-
 14 riat, complures | distinguunt et | putant, siquidem ex iustis
 nuptiis | conceperit, ciuem Romanum | ex ea nasci, si uero

(1) §§ 76. sqq. (2) redigantur C. (3) concepit (pro concepit)
 hic et saepius in sqq. C. (4) sic C. potestate edd. (5) sumun-
 tur C. (6) expleuit Sau. (7) distinguunt C.

§ 87. Vid. §§67. sqq. Paul. S. R. 4. 8. § 7. (Collat. 16. 3. § 7.) § 88. Vid.
 supra §§82. 85. 89. Ulp. L. 46. D. de adoptionib. 1. 7.

§ 89. Cf. Gal. epit. 1. 4. § 9. Ulp. 5. 10. 8. Vid. § 88. infra § 135. Paul.
 S. R. 2. 24. § 1. 3. LL. 11. 12. Ulp. LL. 18. 24. D. de statu homin. 1. 5. Paul. L.
 45. pr. D. de uulg. et pup. subst. 28. 6. Ulp. L. 2. § 3. D. ad SC. Tertull. 38. 17.
 Ulp. L. 1. § 2. Nerat. L. 9. D. ad municipal. 50. 1. Cic. de N. D. 3. 18. 45. Dio-
 nys. Hal. 11. 29. Quintil. Inst. or. 3. 6. 25. Sed uid. etiam ad § 82. citt.
 Paul. S. R. § 2. et L. 5. § 2. D. 1. 5. pr. L. 1. 4. § 90. Vid. §§ 128. 161. Ulp.
 L. 18. D. de statu hom. 1. 5. Seru. ad Vergil. Aen. 12. 119.

§91. uolgo conceperit, peregrinum | ex ea 'nasci. | Item si qua 16
mulier ciuis Romana praegnas ex senatusconsulto Claudia-
no | ancilla facta sit ob id quod alieno seruo 'coierit | de- 18
nuntiante domino eius, complures distinguunt | et existimant, 20
siquidem ex 'iustis nuptiis 'conceptus | sit, cinem Roma-
num ex ea nasci, si uero uolgo conceptus sit, seruum | nasci 22

§92. eius cuius mater facta est 'ancilla. Item peregrina quoque
si 'uolgo conceperit, deinde ciuis Romana facta sit, et pariat,
ciuem Romanum parit; si uero ex peregrino, [cui] || secun- 25.
dum leges moresque peregrinorum coniuncta est, | uidetur 10^a.
ex senatusconsulto quod auctore diuo Hadriano factum
est, 'peregrinus nasci, [nisi] patri eius ciuitas Romana 'quaer-
sita sit. |

§93. Si peregrinus 'cum liberis ciuitate Romana donatus fue- 4
rit, non | 'aliter filii in potestate eius fiunt, quam si impe-
rator eos in potestatem redegerit: quod ita demum is facit, 6
si causa cognita aestimauerit hoc filiis expedire: diligentius
atque | exactius 'enim causam cognoscit de impuberibus ab- 8
sentibusque: et haec ita edicto diui Hadriani significantur. 10

§94. Item si 'quis cum uxore praegnante ciuitate Romana dona-

(1) nasci C. (2) ita Hollw. inuito et d. d. e., [coierit.] Gö. 1. 2. (3) ius-
tius C. (4) Hoc conceptus | sit, ut etiam La. suavit, retinui. item HIA.
Edd. conceperit et sic iterum ante seruum. (5) acill— | rina C.
(6) uolgo HIA. (7) peregrinaci C. i. e. peregrinaci. Edd.: peregrin-
us [nasci,] nisi (8) ge. ar(x)it (quaeratur?) Bl. (9) La. cum
filiis suis c. donatus fuerit. Klenz. cum liberis iam natis et Hschk. quo-
que cum liberis legendum esse censet, ut pro La. filis suis (quod
retinet Momms. Stadtr. v. Salpensa p. 405.) nunc recepi. item HIA.
Edd. Gö.: peregrinus (26 asterisci) non (10) aliter libi (liberi) uult
Hschk. et sic habet HIA. (11) sic ed. m. 3. c. La. pro uero edd.
quod HIA exhibet. h(?) C. (12) cinus C.

§ 91. Cf. Ulp. 11. 1. et uid. §§ 84. 160. ibiq. citt. ll. Paul. S. R. 2. 24. §§ 2. 3.
Marcian. L. 5. §§ 2. 3. Ulp. L. 18. D. de statu hom. 1. 5. Ant. L. 4. C. de poen.
9. 47.

§ 92. Vid. §§ 77. 94.

§ 93. Vid. 3. 20. Ulp. in Coll. 16. 7. § 2. Plin. epist. 10. 6. paneg. 37.
item supra § 55. Sueton. Tit. s.

12 tus sit, quamuis is qui nascitur, ut supra diximus, [ciuis]
Romanus sit, tamen in potestate | patris non fit: idque sub-
14 scriptione 'diui Hadriani | significatur: qua de causa qui
intellegit uxorem | suam esse praegnatem, dum ciuitatem
16 sibi et uxori ab imperatore petit, simul ab eodem petere |
18 debet, ut eum qui natus erit, in potestate 'sua habeat.

Alia causa est eorum 'qui Latini sunt et cum liberis suis §95.
20 ad ciuitatem Romanam perueniunt; nam horum in | potestate
fiunt liberi. quod ius quibusdam peregrinis 5

(1) §. 92. (2) diuis C. (3) suam C. Gaius scripserit in
potestatem suam. (4) q. latini. (s. siue c) cum C. HIA nunc fecit:
qui Latini iure cum (5) „Equidem geminam magistratus gerendi
mentionem unum illud ius spectare puto, quod habebant Latini an-
nua magistratu in patria functi. Aliter Niebuhr. (Hist. Rom. 2. not.
163. edit. 2.), qui sic legendum censet: *Marius Latium uocatur, cum
quicumque Romae munus faciunt, non hi tantum, qui magistratum
et c.*“ Gö. Contra Niebuhrum scripsit Maduig. Opusc. p. 273. sqq.
Klenz. dedit: *Quod qui in colonia Latina magistratum . . . minus la-
tum est et c.* Puehta (Institt. ed. 1. p. 233. not., et ed. 2. p. 236. not. h) quo-
que ita locum explicauit, ut minus latum ius eorum acciperet, qui in
colonia Latina magistratum gessissent, cum ipsi tantum, non etiam
eorum liberi antea procreati, ad ciuitatem Rom. peruenissent. ita-
que 'perueniant' ed. 3. dedi; Cod. et edd. 'perueniunt'. Huschk. sic
ad sensum supplet: „peregrinis datum est eoque pertinet, quod La-
tini eo, quod stirpe ex se domi relicta cum uxore liberisque suis Roman-
migrant, et aliis quibusdam rebus et sibi et uxori liberisque suis ciui-
tatem Romanam grunt (quaerunt) illud uero (uero) ius p. y (per quod)
Latini et (etiam) eo q. (quod) magistratum g., c. R. c., minus latum
est, cum hi tantum ipsi qui u. m. u. h. g., ad c. R. perueniant. Cf.
Liu. 41. s. Cic. p. Balb. 23. 24. Leg. repetund. c. 23. p. 91. ed. Klenz.“
Sed nunc propius ad ueram Gaii si non scripturam, sententiam ta-
men accedere uidetur, confirmata Niebuhrii sententia, Momms.

§§ 95. 96. Vid. §§ 79. 131. 3. 56. Sueton. Caes. 28. Aug. 47. Appian. B. C.
2. 26. cum Cic. ad Att. 5. 11. §§ 1. 2. Strab. 4. p. 186. sq. 5. 213. (ed. Almelou.
p. 286. 326.) Ascon. in Pison. p. 156. (ed. Baier. p. 3.) Plin. H. N. 3. 3. 4.
3. 20. 24. Tac. Ann. 4. 5. (noce. „ueterem Latio et coloniis antiquitas Ro-
manis“ et 15. 32. Hist. 3. 55. Plin. paneg. 37. 39. Spartian. Hadr. 20.
Fest. u. Municeps. Sallust. Jug. 69. imprimis Aes Salpens. capp.
21. . . 23. 23. i. f. cum titulo Tergestino ap. Orell. n. 4040. et in uniuersum
Dionys. Hal. 2. 16. Gell. 16. 13. Seru. ad Aen. 1. 12.

§96. ————— § 22...24. ————— || magi- 26.
stratum gerunt, ciuitatem Romanam con|secuntur; minus 108b.
Latium est, cum hi tantum ²qui [uel] magistratum uel ho-
norem gerunt, ad ciuitatem | Romanam ³perueniunt. idque
conpluribus epistulis prin|cipum significatur.

⁴[DE ADOPTIONE ET ADROGATIONE.]

§97. ⁵Non solum ⁶tamen naturales liberi secundum ea quae | dixi- s
mus⁷, in potestate nostra sunt, uerum ⁸et hi quos adoptamus.

§98. Adoptio autem duobus modis fit, aut populi aucto|ritate, 10

(Stadtrechte Lpz. 1855. p. 405. not. 40.) ita: peregrin[is] ciuitatibus con-
cessum est tributo iure maioris Latii. Eo enim differunt Latium maius
et minus, quod maius Latium est cum non solum qui magistratum gerunt,
[sed coniuges et pa]rentes et liberi etiam eorum qui || m. g. e. R. conse-
cuntur, minus Latium hia nunc ad Mommseni et Rudorffii (Disp. crit.
ad Gai. 1. 95. 96. Berol. 1860. 4^o.) sententiam ita expleuit: peregrinis ciui-
tatibus competit, si modo maius Latium habent. nam aut maius Latium
dicitur aut minus. maius Latium est, cum magistratum uel honorem in
ciuitate sua gerendo etiam parentes et liberi et uxor cum his, qui || et ad-
notauit: „Maius Latium dici coepit ius Latii inde a Vespasiano, pri-
mum Hispaniae, ita datum, ut hae ciuitates magis populi Rom. muni-
cipia, licet ciuium Latinorum, quam ut antiquitus hoc iure dato (Plin.
H. N. 3. 1. § 3. 3. 3. § 4. 3. 4. § 4. 4. 22. § 55) coloniae Latinae (supra § 22.
Suet. Caes. 8. Ascon. in Cic. Pison. in it. Dio 43. 39.) esse, ideoque (cf.
Gaius Huschk. p. 7—10.) qui magistratum ibi gererent, de ipso populo
Rom. bene merere uiderentur, ut iam quasi radicatus et tanquam iusti
et legitimi cives Rom. (Leg. repet. de ciuitate danda; L. 32. D. de I. F.
49. 14.) qui tribus et iuris honorum Romae participes fierent, etiam cum
parentibus et liberis et uxore in ciuitatem uenirent. Cf. etiam Gell. 16. 13.”

(1) latum edit. 3. receperam. lauun C. latum C. sec. Bl. Cf. not. praece.
(2) uel qui C. qui uel edd. (3) perueniant ed. m. 3. et Hschk. Cf. not.
cit. nunc hia: perueniunt (oper. err. pro perueniunt). (4) Lineam
uacuum a scriptura ab initio putabant esse, sed Bl. euanidos fere
ductus hos ace ex c̄ sibi uidere uisus est, quos ex rubrica quam nunc
dedi superesse opinor. (5) ex Inst. y. uacuum expl. (6) autem
edd. sec. Bien. tamen Schr. autem statim seq. §. redit. (7) § 55.
(8) etiam Gö. ex Inst.

§ 97. Pr. I. de adoptionib. 1. 11. Cf. Ulp. 8. 1. Gai. epit. 1. 5. pr. Mod.
L. 1. pr. D. de adoptionib. (h. t.) 1. 7. Vid. infra 2. 136. 3. 2. Diocl. et Max.
LL. 13. 14. C. de probationib. 4. 19. Fest. u. Mancipatione. Plin. paneg. 7.
Sed uide § 2. I. tit. cit. 1. 11. § 14. I. de her. q. ab int. 3. 1. Iustinian. L. 10. C.
de adoptionib. 8. 48. § 98. L. 2. pr. D. h. t. 1. 7. (Gai. lib. 1. Institt.)

aut imperio magistratus, uelut praetoris. Populi aucto- §99.
ritate adoptamus eos qui sui iuris sunt: quae species ado-
ptionis dicitur adrogatio, quia et is qui | adoptat rogatur,
id est interrogatur, an uelit eum | quem adoptaturus sit,
iustum sibi filium esse; et is qui adoptatur rogatur an id
fieri patiat; et | populus rogatur an id fieri iubeat. im-
perio ma|gistratus adoptamus eos qui in potestate paren-
tium sunt, siue primum gradum liberorum opti|neant, qualis
est filius et filia, siue inferiorem, | qualis est nepos neptis,
pronepos proneptis. Et quidem illa adoptio quae per §100.
populum fit, nusquam | nisi Romae fit; ²at haec etiam in
prouinciis aput | praesides earum fieri solet. Item per §101.
populum feminae non adoptantur, nam id magis placuit;
27. aput || praetorem uero uel in prouinciis aput proconsulem
30a. legatumue etiam feminae solent adoptari. Item in pu- §102.
berem aput populum adoptari aliquando prohibuitur est,
aliquando permissum est: nunc ex epistula optimi impera-
toris Antonini quam scripsit pontificibus, si iusta causa
adoptionis esse uidebi|tur, cum quibusdam condicionibus
permissum est. | aput praetorem uero, et in prouinciis

(1) ū (i. e. uel) C. Ed. 1. Gō.: uelut Praetoris Consu|sue. § 99. Po-
puli auctoritate. (2) ad C. (3) Cf. praef. nostr.

§ 1. Leod. 1. 11. Cf. Ulp. 8. 2. Gai. epit. 1. 5. § 1. Vid. infra 2. 135. Mod. cit.
L. 1. § 1. § 99. eitt. L. 2. pr. D. et § 1. Inst. Cf. Ulp. 8. 3. 2. Vid. Gai.
epit. 2. 3. § 3. 1. 5. § 1. Proc. L. 44. D. h. t. 1. 7. Gell. 5. 19. Cic. pro dom. 29. 77.
Appian. B. C. 3. 94. Dio Cass. 37. 51. 39. 11. Sueton. Oct. 65. Tacit.
hist. 1. 15. Senec. de benef. 3. 32. 5. cons. ad Marc. 15. 2. de breuit. uit. 15. 3.
Sed uide etiam cit. § 1. Inst. Diocl. et Max. LL. 2. 5. 8. Iustinian. L. 10.
§ 5. C. h. t. 8. 48. cum Gai. L. 21. Marcell. et Ulp. LL. 38. 39. D. h. t. 1. 7. In
adoptionem datos commodatos uocat Senec. cons. ad Marc. 13. 3.
§ 100. Cf. Ulp. 8. 4. Vid. sqq. § § 101. 102. 105. Ulp. L. 2. cum Maeri L. 1. et
Herm. L. 10. Marcian. L. 11. Proc. L. 12. D. de off. praesidis 1. 18.
§ 101. Cf. Ulp. 8. 5. Gai. epit. 1. 5. § 2. Vid. Gai. L. 21. D. h. t. 1. 7. eit. L. 8.
C. h. t. 8. 48. § 102. Cf. Ulp. l. c. Vid. § 3. I. tit. cit. 1. 11. Ulp. L. 17.
§ § 1. sqq. h. t. 1. 7. Diocl. et Max. L. 2. C. eod. 8. 46. Cic. pro domo c. 13. sq.
Gell. 5. 19. Vid. etiam SC. ap. Tac. Ann. 15. 19. cum Ulp. L. 2. § 2. D. de uacat.

aput proconsulem | legatumue, cuiuscumque aetatis 'ado-
 §103. ptare possumus. Illud uero utriusque adoptionis com-
 mune est, quia et | hi qui generare non possunt, quales
 §104. sunt spadones, adoptare possunt. Feminae uero nullo
 modo adoptare possunt, quia ne quidem naturales liberos
 §105. in | potestate habent. Item si quis per 'populum siue
 aput praetorem uel aput praesidem prouinciae adoptauerit,
 §106. potest eundem alii in adoptionem dare. Set et illa
 quaestio, an minor natu maiorem | natu adoptare possit,
 §107. utriusque adoptionis communis est. Illud proprium est
 eius adoptionis quae per populum fit, quod is qui liberos
 in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum |

(1) (homines) ins. Gö. edd. 1. 2. cuiuscumque (quis) aetatis (sit)
 HIA. (2) illa C. (3) uero eiecit HIA. (4) quod Gö. 1. 2.
 HIA. ex Inst. (5) si(ue) HIA. (6) pupillum C. (7) prae-
 torem uel aput exidere passus est Hefft. (8) Set illa quaestio e
 an...commune est C. Inde Gö. ut nunc ego: Set et (s'et) illa quaestio,
 an...possit, ...communis est. quod Lachm. quem ed. 3. m. sequitur,
 ita, una sententia in duas diuisa, correxerit: Set illa quaestio est, an...
 possit. [id quoque] utriusque ad. commune est. Ed. m. 4: Set illud
 [quoque quod] quaesitum est, Hschk. (et HIA): Set et [simplicius] et
 illud quaesitum est an...possit, utr. et r. (9) illud
 C. Fortasse ill. u. (illud uero). Dig. Hoc uero et sic HIA (h' u scriptum
 fuisse opinatus).

50.5. Fgm. Vat. §§. 169. 196. pr. 1. de excus. tut. 1. 25. Ulp. L. 51. §1. D. de
 legat. 11. 31. Pap. L. 76. D. de cond. et dem. 35. 1. § 103. cit. Gai. L. 2.
 D. h. t. §1. §9. I. h. t. 1. 11. Cf. Ulp. 8. 6. Gai. epit. 1. 5. §3. Vid. Mod. L. 40. §2.
 D. h. t. 1. 7. Ulp. L. 6. D. de lib. et postum. 28. 2. L. 39. §1. D. de I. D. 23. 3.
 item Cic. pro dom. 13. 34. spadones] cf. Ulp. L. 128. D. de V. S. 50. 16. et
 infra §196. §. 104. §10. I. h. t. 1. 11. Cf. Ulp. 8. 8. Gai. epit. 1. 5. §2.
 Vid. Ulp. L. 29. §3. D. de inoff. tto 5. 2. Diocl. et Max. L. 5. C. h. t. 8. 48. quia
 ne quidem et e.] Vid. 2. 161. 3. 51. Paul. L. 4. §3. D. de B. P. e. t. 37. 4. Gai.
 L. 13. D. de suis et legit. 38. 16. L. 196. §1. D. de V. S. 50. 16. item supra §56.
 Ulp. L. 4. D. de his q. sui 1. 6. §. 105. Cf. §8. I. tit. cit. 1. 11. Vid. Paul.
 L. 37. §1. D. h. t. 1. 7. Tac. Ann. l. c. §. 106. Vid. §4. I. h. t. 1. 11. Mod.
 L. 40. §1. Ian. L. 16. D. h. t. 1. 7. Cic. pro domo 13. 14. §§34. 36. Sueton.
 Tib. 2. §. 107. cit. Gai. L. 2. D. h. t. §2. §11. I. h. t. 1. 11. Cf. Ulp. 8. 8.
 Gai. epit. 1. 5. §4. Vid. c. it. L. 40. pr. et Ulp. L. 15. pr. D. h. t. 1. 7. Paul. L. 3.
 pr. D. de cap. min. 4. 5. Philo. l. c. p. 996. C. Vid. etiam Paul. L. 23. D. h. t.

ipse potestati adrogatoris subicitur, set etiam | liberi eius
 in eiusdem fiunt potestate tanquam | nepotes. ||

28.
30b.

[DE HIS QVAE IN MANU SVNT.]

Nunc de his personis uideamus quae in manu nostra sunt. §108.
 quod | et ipsum ius proprium ciuium Romanorum est. |
 Sed in potestate quidem et masculi et feminae | esse solent; §109.
 in manum autem feminae tantum conueniunt. Olim ita- §110.
 que tribus modis in manum | conueniebant, usu, farreo,
 coemptione. Vsu in | manum conueniebat quae anno con- §111.
 tinuo nupta | perseuerabat; quae enim uelut annua pos-
 sessione usu capiebatur, in familiam uiri | transiebat filiae-
 que locum optinebat. itaque lege | duodecim tabularum
 cautum | erat, si qua nollet eo modo in manum mariti con-
 uenire, | ut quodannis trinoctio abesset | adque ita usu/m
 cuiusque anni interrumpere. set hoc totum | ius partim
 legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine | oblitera-
 tum est. | Farreo in | manum conueniunt per quoddam §112.

(1) Gö. §. 2. ut dedimus, expleuit. (2) teribus C. (3) ita
 recte La. prop.; Gö. ded. nam uelut C. sec. Bl. perseueraban(t) q sine |
 HIA non recte: perseuerans, dum uelut (4) sic C. Gö. et La. HIA:
 transibat. (5) duodecima tab C. (6) ut quodannis C. habuisse uidetur.
 (7) atque edd. praeter La. et m. (8) obliteratum C. (9) manus C.

cum infer. §136. ibiq. c. it. ll. Paul. L. 35. D. h. t. cum L. 6. Ulp. L. 10. D. de
 senatorib. 1. 9. Diocl. et Max. L. 7. C. h. t. 8. 48.

§ 108. Vid. §55. Dionys. Hal. 2. 25. Gell. 10. 23. § 109. Vid.
 supra §§56. 72. § 110. Vid. Seru. ad Vergil. Georg. 1. §31. Boeth.
 2. ad Cic. Top. c. 3. 4. (ed. Baier. p. 299.) Arnob. adu. gent. 4. 20. (ed.
 Orell. p. 157.) § 111. Vid. Cic. pro Flacc. 34. 84. et ad h. l. Schol.
 Bob. (p. 244. ed. Or.) Seru. l. c. Gell. 3. 2. Macrob. Saturn. 1. 3. Boeth.
 l. c. et infra §§114. 115. 118. 132. 134. 136. 165. 3. 24. i. f. 40. 41. lege XII.
 tabb.] Vid. Dirksen 6. 4. § 112. Cf. Ulp. 9. Vid. Seru. l. c. et ad
 Aen. 4. §§. 104. 374. Dionys. Hal. ad §108. cit. Plin. H. N. 18. 3. i. f. sect. 11.
 (Quin et in sacris nihil religiosius confarreationis uinculo erat,
 nouaeque nuptae farreum praeferebant). Tac. Ann. 4. 16. 53. Gell. 1. 12.
 Fest. u. Patrimi. et Paul. Diac. u. Ador. Orell. inser. num. 2650.
 Boeth. l. c. Non. Marcell. u. Ador. 1. 261. (p. 52. ed. Mercer.) Gloss.
 Philox. u. Confarreatus. item cf. Pollucis Onomast. 1. 12. segm. 246. i. f.

genus | sacrificii 'quod *salso* farreo fit: in quo farreus pa-
 nis adhibetur, unde etiam confarreatio dicitur; set com-
 plura praeterea huius iuris ordinandi gratia cum | certis et 20
 sollemnibus uerbis, praesentibus decem | testibus, aguntur 22
 et fiunt. quod ius etiam nostris | temporibus in usu est:
 nam ²flamines maiores, | id est Diales, Martiales, ³Quirinales,
⁴sicut || reges sacrorum, nisi ⁵sint confarreatis nuptiis nati, | 29.
 inaugurari non ⁶uidemus. — confarreatio — | — 58b.

§ 113. Coemptione in | manum conueniunt per mancipationem, ⁷id
 est | per quandam imaginariam uenditionem, ⁸adhibitis non
⁹minus quam \bar{v} testibus ciuibus Romanis puberibus, item |
¹⁰libripende, — — — mulierem, cuius in manum | conuenit. 8

(1) quod adoreo farre fit, id est, olim prop. Gö. quod antiquo ritu
 fit, non satis conuenit C. ductibus. Hschk. prop. referens ad Plin.
 l. c. q. a nupta farreo fit Possis igitur p (prae) nupta. nunc HIA: a
 nupta farreo fit (et) adnot. posse tamen ut pro a nupta fuerit ipsum
 Equidem nunc feci *salso farreo* ut Ouid. fast. 3. 284. „salsaque farra
 focis“. Seru. l. c. „per fruges et molam salsam coniungebantur, unde
 confarreatio appellabatur“. In ed. 3. cum Gö. et La. nec uerba quod
 et farreo fit in text. recepi. et sane totiens uno quasi ore repetitum
 farreo et farreus habet quod offendat. (2) flamines C. (3) *grindales*
 bis habet C. (4) Gö. probauit, sed in textum non recepit Heff-
 teri sicut et Sauii reges, pro quibus uerbis Puchta uoluit \bar{n} \bar{s} (non
 sunt) ea || paces HIA: item || reges s., nisi qui conf. nuptiis procreati
 sunt, fieri nequeunt, confarreatio etiam necessaria est, cum flamen
 nuptias contrahit. (5) ita Gö. prop. sed praeter confarreatio
 in textum nihil recepit. (6) uideamus confarreatio C. (7) In
 iis quae sequebantur, Gaius rettulerit, ceterum confarreationis
 usum suo tempore non nisi illorum sacerdotiorum causa remansisse.
 De HIA vid. not. 4. (8) Heff. quae fit (9) Klenz. uoluit \bar{n} (nam
 athi || quod placuit Gö. (10) manu (pro minus) C. (11) Ed. 2.:

§ 113. Vid. Cic. l. c. de Or. 1. 56237. Seru. ad Aen. 4. 103. 214. ad
 Georg. 1. 31. Non. Marcell. u. Nubentes 12. 50. (p. 531. ed. Mercet.) Boeth.
 l. c. Isidor. Or. 5. 24. 26. adhib. ... librip. Priscian. 6. 96. (p. 720. P. p. 282.
 Hertz.) „libripens, libripendis. Gaius in I. Institutorum *adhibitis*
 non minus quinque testibus, item libripende. in eodem: qui libram aë-
 neam teneat.“ a quo man. acc.] Cic. pro Mur. 2. 3. (in iis rebus repe-
 tendis quae mancipi sunt, is periculum iudicii praestare debet qui
 nexu se obligauit). item Collat. 4. 2. et 7. infra §§ 115. 195.

“Potest autem coemptionem facere | mulier non solum cum § 114.
 10 marito suo, sed etiam | cum extraneo; unde aut matrimonii
 causa facta coemptio dicitur, aut fiducia causa: quae enim
 12 cum marito suo | facit coemptionem, [ut] apud eum filiae
 loco sit, dicitur | matrimonii causa fecisse coemptionem;
 14...19 quae uero alterius rei causa facit coemptionem cum uiro
 20 suo aut cum extraneo, uelut tutelae | euitandae causa, di-
 citur fiducia causa fecisse coemptionem. quod est tale: § 115.
 22 si qua uelit quos habet | tutores reponere, ut alium nan-
 ciscatur, iis auctori]bus coemptionem facit; deinde a coem-
 pionato]re remancipata ei cui ipsa uelit, et ab eo uindicta ||
 30. manumissa incipit eum habere tutorem, [a] quo manu missa
 58a. est; | qui tutor fiduciarius dicitur, sicut ¹inferius ²apparebit.
 4 Olim ³etiam testamenti faciendi gratia fiduciaria fiebat § 115a.

libripende, praeter mulierem eumque, cuius Edd. 3. Gö. et mea: li-
 bripende .. — — mulier .. Heff. : item libripende una cum muliere
 eoque, cuius et c. Huschk. olim: item libripende, auctori]bus mu-
 liere, m[u]lieris parente uel tutoribus eoque et parente eius, cuius et c.;
 nunc ueri non tam absimile, ut HIA dedit: „libripende, asse emente
 mulierem eo cuius“ Klenz.: nam adhibitis — item libripende,
 mancipatur (uel uenum datur) mulier ei, cuius et c. „Equidem eo in-
 elino, ut scribendum putem: nam adhibitis — item libripende,
 nummo emit mulierem is, cuius et c.“ Gö. Rossbach (üb. die röm. Ehe)
 prop. „auctores [pater et tutores] uendunt mulierem“. debebat sal-
 tem addere ei „Mih i non ita alienum a sched ductibus esse et ad
 Gaianum loquendi morem propius accedere uidetur: asse is emit m.
 (1) .. C. q̄r. (quare) Cramer. Heff. La. (2) Locum quater re-
 petendo uerba quae uero alterius rei causa facit coemptionem mire
 confudit librarius, quem non inmerito temulentum increpat Gö.
 (3) illis uoluit Hollw. (4) inferioribus apparet olim olim
 etiam C. (5) §. 195. (6) quidem ex repetito in C. olim
 fecit HIA.

§ 114. Vid. §§ 115^b. 118. 123. 136. 166. 2. 139. 159. 3. 40. 84. 114. Cic. pro Mur.
 12. 27. Terent. Andr. 1. 5. 60. sqq. Dionys. Hal. 2. 25. „ὡς θυγάτηρ
 πατρός.“ Gell. 4. 3. 18. 6. Non. Marcell. u. Matronae 5. 82. (p. 442. ed.
 Mercet.) Isidor. Or. 9. 7. 13. Boeth. et Seru. l. c. § 115. Vid.
 Fest. u. Remancipatam (ed. Müll. p. 277. § 12.) et infra §§ 137. 166. 195. 3. 84.
 § 115^a. Vid. Cic. Top. 4. Lin. 39. 9. Gell. 1. 12. Plutarch. Numa. 12.

coemptio: tunc enim non aliter | feminae testamenti faciendi
ius habebant, exceptis quibusdam personis, quam si coem-
ptionem fecissent remanicipataeque et manumissae fuissent;
set hanc necessitatem | coemptionis faciendae ex auctoritate
§115^b. diui Hadriani senatus remisit. | femina —
—————²————— fiducia causa cum uiro suo fece-
rit coemptionem, | nihilominus filiae loco incipit esse: nam
si omnino qualibet ex causa uxor in manu uiri sit, pla-
cuit eam filiae iura nancisci.

[DE HIS QUI IN MANICIO SVNT.]

§116. Superest ut exponamus quae personae in manicio sint.
§117. Omnes igitur liberorum personae, siue masculini siue femi-
nini sexus, quae in potestate parentis sunt, manicipari ab
hoc eodem modo possunt, | quo etiam serui manicipari pos-
§118. sunt. | Idem iuris est in earum personis quae in manu
sunt: | nam feminae a coemptionatoribus eodem modo pos-
sunt | [manicipari, quo liberi a parente mancipantur; adeo]
quidem ut quamuis ea sola aput coemptionatorem filiae
loco sit quae ei nupta sit, tamen nihilominus etiam quae

(1) „Possit aliquis...efficere censuer. (censuerunt) ex (enim) pa-
trer | feminas et c.“ Gö. Verius HIA: censentur enim eo iure | femi-
nae ac si fecissent coemptionem. (2) Si qua tamen mulier aut
Licet autem mulier prop. Gö. HIA dedit: Ceterum et si qua fi-
(3) suphca[teamu...ip(B)'u nand(?)us? C. sec. Gö. pro quibus extre-
mis ti eam filiae filiae nancisci refert Bl. filiae iura nunc dedi, ut
iura filiae 3.14. i. f. habet, quod etiam La. adnotauit. (4) eodem
hoc C. hoc eodem Gö. 2. et edd. quod sane p. 22. consentaneum est.
(5) Ita, maxime sec. Bl., La. Huschk. prop.: | quo liberi a parente
manicipari adeo ut q. HIA: (manicipari, quo liberi a parente possunt,
in tantum) (6) etiam ins. uult Huschk. non fecit HIA.

infra §§192. sq. 166. 2.112. sq. 118. sq. 121. sq. 3.43. sq. Ulp. 20. 15. 29. 3.
§ 115^b. Vid. ll. ad §114. citt. §118.
§ 116. Vid. §§117...123. Liu. 41. s. Paul. Diac. ex Festo u. Deminu-
tus (ed. Müll. p. 70. y. 10.). § 117. Vid. §§113. sqq. 132...137. 161. sqq.
166. 172. 175. 2.141. 3.83. sq. 4.38. 79. sq. item Constantin. L. 10. C. de patr.
pot. 8.47. Dion. Hal. 2.27. Plut. Numa 17. i. f. § 118. Vid. §§111. 114. sq.
118...123. 136. sq. 148. 161. 166. 195. 2.139. 159. 3.3. 14. 24. 83. sq. 221. 4.38.

ei nupta non sit nec ob id filiae loco sit, ab eo manicipari
possit. Plerumque solum et a parentibus | et a coem- §118^a.
ptionatoribus mancipantur, cum uelint | parentes coemptio-
natoresque e suo iure eas personas dimittere, sicut inferius
evidentius apparbit. Est autem mancipatio, ut supra §119.
quoque diximus, imaginaria quaedam uenditio: quod et
ipsum ius proprium ciuium Romanorum est; eaque res ita
agitur: adhibitis non minus | quam quinque testibus ciuibus
Romanis puberibus et praeterea alio eiusdem condicionis,
qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens, is qui
manicio accipit, aes tenens ita dicit HVNC EGO HOMINEM
EX IVRE QVIRITVM MEVM ESSE AIO ISQVE MIHI EMPTVS
ESTO | HOC AERE AENEAEQVE LIBRA; deinde aere percussit li-
bram | idque aes dat ei a quo manicio accipit quasi pretii

(1) est C. et Gö. Quod dedi, La. debetur. (2) uero tum ins. uo-
luit Gö. HIA: (Set) inseruit, ex praec. possit. Facilius Gö. uero ex
praec. plerumque (3) §§132. 134. 137. 144. 166. (4) §113.
(5) rem C. et edd. cum Cyno. Sed aes tenens Boeth. l. c., assem te-
nentes Varro l. c., et ipse Gaius de adprehensione rei, in immobilis
manicipatione neque necessaria, paullo infra, §121., adiecit. nec ob-
stat, quod is cui res in iure ceditur, hanc tenens formulam dicebat,
aut is qui rem suam esse uindicabat. Huschk. uult quod HIA dedit:
„accipit rem, aes tenens“; sed u. rem et superflua et pro aes posita
esse uidetur. istud rem tenens ex illis ciuilibus negotiis, de quibus
recte se habet, usitatum factum erat. (6) est C. et edd. sed nunc
esto scripsi, ut est 2. 104. cum saepissime extremam alicuius uer-
sus litteram librarius aut omiserit aut ita minorem tenuerit
scripserit, ut hodie euanuerit. (7) Caue aut superfluum putes
quasi, pro quo 2. 104. uelut positum est, aut pretium scribas, omisso
loco.

§ 119. Boeth. in Top. 5. 28. (ed. Baiter. p. 322.) Vid. Ulp. 19. 3. Gai.
epit. 1. 6. §3. Theophil. 1. 12. §6. Varro de L. L. 9. s. 3. (Müll.; p. 518.
ed. Speng.) („...dicimus assem tenentes HOC AERE AENEAEQVE LIBRA.“)
Fest. u. Rodus (Müll. p. 265.) Horat. Epp. 2. 2. 158. cum schol. Porphy.
Plin. H. N. 33. 3. sect. 13. Isidor. Or. 5. 25. 31. Tertullian. adu. Marcion.
2. 6. infra §§ sqq. et 2. 65. 22. 24. 104. 3. 167. 173. sqq. 4. 16. Ulp. 19. 3. 4. atque
Priscian. ad §113. cit. puberibus] Cf. Ael. ap. Priscian. 8. 4. (p. 892. Putsch.
p. 382. ed. Hertz. „Aelius: Inpubes libripens esse non potest, neque
antestari, προδικμαστικηθηναυ.“) [Mancipationis instrumenta

§120. lo/co. Eo modo et seruales et liberae personae manci-
pantur; animalia quoque quae mancipi sunt, quo in nu-
mero habentur boues, equi, muli, asini; item praedia tam
urbana quam rustica quae et ipsa mancipi sunt, qualia
§121. sunt Italica, eodem modo solent mancipari. In eo solo
praediorum mancipatio a ceterorum mancipatione differt,
quod personae seruales et liberae, item animalia quae man-
cipi sunt, nisi in praesentia sint, mancipari non possunt;
adeo quidem, ut eum [qui] mancipio accipit, adprehen-
dere id ipsum quod ei mancipio datur, necesse sit; unde
etiam mancipatio dicitur, quia manu res capitur: praedia
§122. uero absentia solent mancipari. Ideo autem aes et
libra adhibetur, quia olim aereis tantum nummis uteban-
tur, et erant asses, dupondii, semisses et quadrantes, nec
ullus aureus vel argenteus nummus in usu erat, sicut ex
lege XII tabularum intellegere possumus; eorumque num-
morum uis et potestas non in numero erat, sed in pon-
dere nummorum; ueluti asses librales erant, et dipondii
tum erant bilibres; unde etiam dupondius dictus est quasi

(1) cum mancipio accepit C. (2) et in mancipio C. (3) (in) ins. HIA.
(4) nam ut ipsi singuli asses Huschk. quod praefert Buchh.: uoc. num-
morum pleonasnum facere. HIA nunc: aliquo aeris. (5) dipondi fue-
rant C. dipondii tum erant ed. m. 4. (6) bilibres, ut Hollw. et
Hushk., non recepit La. qui proposuit duas lib. p. (libras pondo)
unde et Ed. m. 4.: bilibres unde etiam dipondius Nunc pressius
C. secutus sum, in quo tamen unde etiam proprie (unde et p. prie) fue-
rit, ut v. recte expleatur. (7) dictus est quasi duo pondera
[quod] Hollw. Sed La. „duo pondo q, ut ap. Liu. 44. 14. duo pondo,
non, quod rectius est, duapondo.“

non nulla exhibet Huschk. T. Flau. Syntrophii donat. instrum. Vratisl.
1838. 4^o.] §. 120. Cf. Ulp. 19. 1. supra §§113-117. infra 2. 15...19. 21. 27.
31. 35. et ibi eitt. ll. Vid. Cic. pro Flacc. 32. 80. Tac. Ann. 1. 73. Appul.
Metam. 2. 27. (p. 114. ed. Oudend.) Iustinian. L. un. C. de usuc. transform.
7. 31. (in Italici soli rebus quae immobiles sunt). §. 121. Vid.
Ulp. 19. 6. Isidor. Or. 5. 25. 31. praesentia] §119. 4. 16. absentia]
Vid. 4. 17. quia m. r. c.] cf. Varro de L. L. 6. §85. § 122. ex L.
XII t.] Vid. infra 4. 14. 3. 223. Gell. 20. 1. Plin. H. N. 17. 1. eorumque et c.]

duo pondo, quod nomen adhuc in usu retinetur. semisses
quoque et quadrantales pro rata scilicet portione librae
aeris habebant certum pondus. item qui dabant olim pec-
uniam, non adnumerabant eam, sed appendebant; unde
serui quibus permittitur nominum rationes agere, dispen-
satores appellati sunt et ————. Si tamen quae-
rat aliquis, quare citra coemptionem feminae etiam manci-

(1) adhuc C. (2) q/q fuisse Huschk. uidit. (3) aeris...item
Huschk. non recepit La. (4) La. quem fere ed. 3. secutus sum:
dabat pecuniam praesentem, is tum non et sequebatur quod solum
Gö. ed. 2. cum non recepit: numerabat eam, sed appendebat. Quae
nunc dedi, Huschkio debita, cum ductibus codicis et cum Isid. 10. 67.
melius conueniunt. (5) Sic nunc feci ex mitti nominis gra-
tiori ginise C. Ed. m. 4. dedit e. Huschk. et Hollw.: permittitur ad-
ministratio pecuniae quod longius a C. abest. De rationum actu cf.
e. gr. Scaeu. L. 41. §. 10. D. de fid. lib. 40. 5. L. 40. §. 3. D. de statu lib.
40. 7. (6) Hollw. et Huschk. et HIA: adhuc appellatur quod ed. 3.
recepi, parum codici respondet et otiosum est. nunc ne quidem cum
Gö. et La. ad receperim: suspicor pensio et uocat uel simile quid
latere. cf. Paul. ex Festo u. Pendere. Iam legerim: et (sine potius
id est) pondera (ponderatores). (7) Huschk. secuta ed. m. 1.:
Si t. q. aliquis quare feminarum coemptio distet a mancipatione, fe-
mina q. q. e. fecerit, non deducitur in s. c.; a parentibus uero et
coemptionatoribus mancipati Idem tum uoluit: qua re uero coem-
ptione emta [?] mancipatis distet, ea q. q. e. f. n. deducit (non deducitur)
in seruil. condic. a parentibus uero et a coemptionatoribus m. etc.
Nunc HIA repugnante C. sic: Si t. q. a. quare mulier, quae coemptio-

Vid. Isidor. Or. 10. 67. (u. Dispensator) 16. 18. 5. 25. 3. Schol. ad Pers.
sat. 2. v. 59. Plin. H. N. 33. 3. sect. 13. Varro de L. L. 5. 169. sqq. et c. 36. 183.
9. 81. sqq. (ed. Müll. p. 66. sq. 71. 224. sq. ed. Gothofr. 4. p. 28. sq. 151. sq.
Apul. et Arunt. ap. Priscian. Inst. gramm. 6. 12. (p. 708. ed. Putsch.) et De
ponderib. c. 2. (p. 1347. Putsch. 2.) Paul. Diac. ex Festo uu. Pendere, Graue
aes, Dispensatores (Müll. p. 208. 98. 72. v. 9.) Dionys. Hal. 9. 27. Sueton.
Vespas. 22. Petron. sat. c. 3. Gell. 20. 1. Non. Marcell. u. Aera 3. 18. (p.
193. Mercer.) Vide etiam Frontin. de controu. agr. p. 38. ed. Lachm.
et infra 3. 160. Fgm. de I. F. §7. 21. Alfen. L. 16. D. de seruo corr. 11. 3.
Gai. L. 24. D. de m. miss. test. 40. 4. Ulp. L. 15. §44. D. de iniur. 47. 10.
Paul. L. 51. D. de solutionib. 46. 3. item Caes. B. G. 5. 12. 4. dipondii
et c.] Vid. etiam Ulp. LL. 13. 17. D. de heredib. inst. 28. 5. §8. I. eod. 2. 14.
nomen adh. in u. ret.] Isidor. Or. 16. 25. 3. cf. Plin. L. c. § 123. Vid.
§§113. 114. 138. 193. 2. 160. 3. 114. 4. 75. e diuerso mancip.] Vid. etiam

pentur, ea quidem quae coemptionem facit, capite deminuitur, set seruilem conditionem apud coemptionatorem non patitur; e diuerso mancipati mancipataeue seruorum loco constituntur, adeo quidem, ut ab eo cuius in mancipio || sunt, 33. neque hereditatem neque legata aliter capere possint, quam 11a. si simul eodem testamento liberi esse iubeantur, sic uti iuris est in persona seruorum. | sed differentiae ratio manifesta est cum a parentibus | et a coemptionatoribus iisdem uerbis mancipio accipiuntur, quibus serui; quod non similiter fit | in coemptione. |²

§124. Videamus nunc quibus modis ii qui alieno iuri subiecti sunt, eo iure liberentur.

§125. Ac prius de his dispiciamus qui in potestate sunt. 10

§126. Et quidem serui quem ad modum potestate dominorum liberentur

causa fuerit excusatus, in locum ei|us alius 5tutor detur, et
§183. qui prior fuerit, utique amittat | tutelam. Haec omnia
similiter et Romae et in pro|uinciis solent obseruari 6. — 49.

(1) Itemque conl. Gö. idque rec. edd. m. 3. 4. nam et noluit Hollw., et rec. ed. m. 2. HIA quoque quasi aperte C. sic haberet, cuius ductus nunc sic interpretatus sum: fili item Certe et non patitur C.
(2) sit. C. unde nunc cum HIA (sitm) tamen addidi. (3) quidem Gö. efficitur tutor La. ed. m. 4. HIA. (4) nullari C. nunc F in nulla re interpretor. sed (s) etiam La. et HIA. at in nulla re ed. m. 4.
(5) tut det' et qui prior fueritque amittat C. habuisse uidetur, ut nunc dedi. Antea cum Gö. et Hollw. feceram: tutor detur, quo dato prior tutor amittit quod C. non patitur, sed neque id quod HIA dedit: tutor detur: quo casu prior tutor amittit (6) HIA supplet: et Romae quidem praetor tutorem dat, si uero in prouinciis res incidat, praeses prouinciae. Sed §185. ostendere mihi uidetur, uerbis praeto-

§ 178. Cf. Ulp. 11.20. Vid. §184. et Ulp. 6.1.2. Ter. Clem. (lib. 3. ad L. Jul. et Pap.) L. 61. pr. D. de L. D. 23.3. item Ulp. L. 7. D. de tutorib. dat. 26.5. § 179. Vid. ad §177. c. 11. infra §195. i. f. §13. L. de excus. tut. 1.25. § 180. Cf. Ulp. 11.21. Vid. Paul. L. 17. D. de tutel. 26.1. Ulp. cit. L. 7. D. 26.5. § 181. Vid. Aes Salpens. 29. i. f. Herm. L. 10. §1. de D. legit. tut. 26.4. cum Paul. L. 1. §2.3. D. de tutel. 26.1. Ulp. L. 3. §3. D. de testam. tut. 26.2. item Ulp. L. 1. §2. L. 3. §8. D. de legit. tut. Paul. L. L. 15. 16. D. de tut. dat. 26.5. §2. L. de excus. tut. 1.25. § 182. Cf. Ulp. 11.23. Vid. Id. L. 11. §1. 3. D. de test. tut. 26.2. Scaeu. L. 41. §2. D. de fid. lib. 40.5. Tryph. L. 4. §2. D. qui pet. tut. 26.6. Alex. L. 2. Val. et Grat. L. 4. C. in quib. casib. tutor. 5.36. § 183. Vid. Ulp. 11.20. et ad

----- | .. uero ----- | Olim cum legis §184.
4 actiones in usu erant, etiam ex illa | causa tutor dabatur,
si inter tutorem et mulierem pupil|lumue legis actione agen-
6 dum erat: 'nam quia ipse quidem tutor | in re sua auctor
esse non poterat, alius dabatur, quo | auctore illa legis ac-
8 tio perageretur: qui dicebatur | praetorius tutor, quia 2a
praetore urbano dabatur. | post sublatas legis actiones
10 quidam putant ha|ne speciem dandi tutoris 3----- |
----- | .. in usu est si legitimo iudicio agatur. |
12 Si cui nullus omnino tutor sit, ei datur in urbe Ro|ma §185.
14 ex lege Atilia a praetore urbano et maiore parte tribuno-

rem dat in hac § 183. locum denegandum esse. malim itaque: s'romae qd ap pr urb agunt' in prouinc' uero ap psides earu, (set Romae quidem ap ut praetorem urbanum aguntur, in prouinciis uero ap ut praesides earum.)
(1) ductus C. incertus Gö. et Hollw. interpretati sunt. illa legis Huschk. fecit. (2) aut C. (3) Heff. : penitus euanuisse | ea tantum excepta quae Huschk. et HIA: n ee (non esse) necessariam; s' (sed) athuc dari Equidem nunc §§. 10. 11. sic legerim: tut. is et exoleuisse aii at > tra pbant qa in usu e si legitimo iudicio agatur i. e. tutoris etiam exoleuisse; aii autem contra probant, quia in usu est si legitimo i. a. ut nunc dedimus.

§178. c. 11. uero] cf. Aes Salpensan. c. 29. § 184. Vid. Ulp. 11.24. §3. L. de auctor. tut. 1.21. c. Theoph. ad h. l. Ulp. Paul. et Pomp. L. 3. §2... L. 4. D. de tutel. 26.1. Cod. De in litem dando tutore 5.44. legis actiones] Vid. 4.11. 25. 30. s2. ibiq. c. 11. quia ipse et c.] Vid. etiam Ulp. L. 1. pr. L. 5. pr. L. 7. pr. Lab. L. 22. D. de auct. tut. 26.8. Ulp. L. 1. §13. D. ad SC. Trebell. 36.1. si legit. iud. ag.] Vid. 4.103. sqq.
§ 185. Pr. I. de Atiliano tutore et eo qui ex L. Iulia et Titia dabatur 1.20. Cf. Ulp. 11.18. et infra §195. Vid. Gai. epit. 1.7. §2. Theophil. ad Inst. l. c. Liu. 39.9. Excerpt. ex Diod. (in Vales. exc. Peiresc. Paris. 1634. 4^o. p. 396.) Cic. in Verr. 2.1.56. 146. Boeth. ad Top. 8.33. (ed. Bait. p. 335. ..urbani praetoris iuris dictione formatus). Dig. De tutorib. et curatorib. datis ab his qui ius dandi habent et c. 26.5. Th. C. De tutorib. et curatorib. creandis 3.17. imprim. L. 3. ibid. Inst. C. Qui dare tutores u. cur. possunt 5.34. lege Iulia et Titia] γεγόρασι β' νόμοι, Ιούλιος καὶ Τίτιανός z. z. λ. Theophil. l. c. ad quem uide Reiz. excurs. 12. Vid. Ulp. L. 1. §9. D. de mag. conu. 27.8. Appulei. metam. 1.4. (Oudend. p. 29.) De tutoribus in municipiis dandis cf. Aes Gaius.

rum plebis, qui Atilianus tutor uocatur; in prouincijs uero
 §186. a praesidibus prouinciarum ex lege Julia et Titia. Et
 i)deo si cui testamento tutor sub condicione aut ex die certo
 datus sit, quam diu condicio aut dies pendet, tutor dari
 potest; item si pure datus fuerit, quam diu nemo heres
 existat, tam diu ex iis legibus tutor petendus est; qui de-
 sint tutor esse postea quam quis ex testamento tutor esse
 §187. coeperit. Ab hostibus quoque tutore capto ex hijs le-
 gibus tutor dabitur, qui desinit tutor esse, si is qui captus
 est, in ciuitatem reuersus fuerit: nam reuersus recipit tu-
 telam iure postlimini.

§188. Ex his apparet quot sint species tutelarum. si uero
 quaeramus in quot genera hae species deducantur, longa
 erit disputatio: nam de ea re ualde ueteres dubitauerunt,
 nosque diligentius hunc tractatum exsecuti sumus et in
 edicti interpretatione, et in his libris quos ex Quinto Mu-
 cio fecimus. hoc solum tantisper sufficit admonuisse, quod
 quidam quinque genera esse dixerunt, ut Quintus Mucius;
 alii tria, ut Seruius Sulpicius; alii duo, ut Labeo; alii tot
 genera esse crediderunt, quot etiam species essent.

(1) tu...dabat C. tu)tor datur edd. Hschk. correxit. (2) iis
 C. (3) q sint species sint C. (4) quod C. (5) lo)ca C.
 (6) nos qui C. Cum Huschk. ed. m. 4.: 'nos quia ... fecimus, hoc' et
 sic nunc HIA. sed uerius uidetur priorum edd. et scriptura et loci
 compositio. (7) totum C. quod etsi defendi potest, tamen so-
 lum, quod Hollw. prop., Gaijanum est: etiam 3. 33. legitur 'solum
 admonuisse sufficit', et 2. 97. 'tantisper adm. suff.' (8) quod C.

Salpens. c. 29. § 186. § 1. I. tit. cit. 1. 20. Vid. Cod. In quib. casib.
 tutorem uel cur. habenti tutor u. cur. dari potest 5. 36. § 3. I. qui dari
 tut. 1. 14. Ulp. L. 10. pr. L. 11. pr. D. de test. tutela 26. 2. L. 9. § 2. sq. D.
 de tutelae et ration. distr. 27. 3. § 187. § 2. I. tit. cit. 1. 20. Vid.
 Ulp. L. 1 § 2. D. leg. tut. 26. 4. L. 7. § 1. Pap. L. 8. D. de tut. et rat. distr. 27. 3.
 item Ulp. L. 15. D. de tutel. 26. 1. postlim.] Vid. supra § 129. ibiq. eitt. II.
 § 188. Vid. Ulp. 11. 2. Paul. L. 7. pr. D. de cap. min. 4. 5. Boeth. in
 Top. § 33. sq. (ed. Baiter. p. 334. sq. imprim. p. 336. v. 6. s.) et 4. 1. Cic. de
 or. 2. 19. 83. ex Q. Muc.] Vid. praef. nostr.

12 Sed impuberes quidem in tutela esse omnium ciuita- §189.
 tium iure contingit; quia id naturali | rationi conueniens
 14 est, ut is qui perfectae aetatis | non sit, alterius tutela re-
 gatur; nec fere ulla ciuitas est, in qua non licet parenti-
 16 bus liberis suis impuberibus testamento tutorem dare; quam-
 uis, ut supra diximus, soli ciues Romani uideantur tantum
 18 liberos in | potestate habere. feminas uero perfectae §190.
 20 aetatis in tutela esse fere nulla pretiosa ratio snasis se ui-
 detur: nam quae uulgo creditur, quia leuitate animi ple-
 22 runque decipiuntur et aecum erat | eas tutorum auctoritate
 regi, magis speciosa uide|tur quam uera: mulieres enim
 quae perfectae aetatis sunt, ipsae sibi negotia tractant, et
 51. in quibusdam || causis dicis gratia tutor interponit aucto-
 31a. ritatem suam; saepe etiam inuitus auctor fieri a praetore
 cogitur. unde | cum tutore nullum ex tutela iudicium mu- §191.
 4 fieri datur: | at ubi pupillorum pupillarumue negotia tutores
 tractant, eis | post pubertatem tutelae iudicio rationem red-
 6 dunt. | Sane patronorum et parentum legitimae tute- §192.
 lae | uim aliquam habere intelleguntur eo quod hi neque |
 8 ad testamentum faciendum, neque ad res mancipi alienan-

(1) liceat Gō. (2) cost. (pro test.) C. (3) § 55. (4) hispe-
 ciosa C. cf. La. in Ztschr. für gesch. R. W. 9. p. 189. ne forte haec
 speciosa legas. (5) ipsi C. cf. not. 2. ad § 162. (6) dici gratia
 tutele [an tutor e lege?] interponit aut suam C. (7) ad C. (8) at C.

§ 189. § 6. I. tit. cit. 1. 20. Cf. supra § 144. Paul. in Fgm. Vat. § 229.
 perf. aet.] Vid. Gai. L. 16. § 1. D. de tutel. 26. 1. L. 25. D. de m. miss. uind.
 40. 2. Ulp. L. 1. pr. D. de minorib. 4. 4. L. 9. § 1. D. de tut. et rat. distr.
 27. 3. Mod. L. 4. D. de legit. tut. 26. 4. et cum § seq. et inf. § 196. coll. Ulp.
 L. 16. D. de I. F. 49. 14. et Inst. de fiduc. tut. 1. 19. i. f. Senec. ad Marc. de
 cons. 24. 1. Paul. apost. ep. ad Gal. 4. 2. § 190. Vid. 2. 122. et 1. 144.
 et ad h. § eitt. Cat. Cic. pro Mur., Boeth. et Isidor. Ulp. 11. 1. 25. 27.
 § 191. § 7. I. tit. cit. 1. 20. Vid. Ulp. L. 1. pr. § 3. D. de tut. et rat. distr. ...
 actione 27. 3. Paul. L. 12. § 1. D. de admin. tut. 26. 7. Arbitrium tute-
 lae: Cod. 5. 51. Gregor. Cod. 6. 1. Paul. L. 4. pr. § 2. Ulp. Pap. et Paul.
 L. 7. § 1. L. 10. D. de admin. tut. § 192. Vid. Cic. pro Flacc. 34. 84.
 ad thum fac.] Vid. 2. 80. 112. 118. 122. 3. 43. Ulp. 11. 27. (si ciuile nego-

das, | neque ad obligationes suscipiendas auctores fieri co- 10
guntur, praeterquam si magna causa alienandarum | rerum
'mancipi obligationisque suscipiendae | interueniat. eaque 12
omnia ipsorum causa consti|tuta sunt, ut, quia ad eos in-
testatarum mortuarum | hereditates ³pertinent, neque per 14
testamentum exclu|dantur ab hereditate, neque alienatis pre-
tiosioribus | rebus susceptoque aere alieno minus locuples 16

§193. a|d eos hereditas perueniat. Aput peregrinos non si-
militer | ut aput nos, in tutela sunt feminae; set tamen ple- 18
rum|que quasi in tutela sunt: ⁴ut ecce lex Bithynorum, | ⁵si 20
quit mulier *contrahat*, maritum auctorem esse iubet aut filium
eius | puberem.

§194. ⁶Tutela autem liberantur ingenuae qui|dem trium [li- 22
berorum iure, libertinae uero quattuor, si in patroni] libe-
rorumue eius legitima ⁷tutela sint; nam ⁸et ceterae quae
alterius generis tutores habent, | uelut Atilianos aut fidu-

§195. cianos, trium liberorum || iure liberantur. Potest autem 52.
31b.

(1) mancipio obligationis quae C. (2) interueniant C. (3) pti-
net C. (4) ut haecce C. (5) si quit mul. hat. marit. aut ee.
iuuet aut filius eius | C. Olim pro *contrahat agat dedi.* iam La.
rectum uidit: *that* (6) tutela autem C. (7) Gō: 1. 2.: li-
berorum licet in l. t. sint | Hollw. et La. secuti suprs. HIA: (li-
berorum iure, libertinae uero, quae in patroni) liber. e. l. t. sunt, III
[§ III]. (8) tutumrin. C. (9) hoc 'et' perscribendum et
tanquam fugitium ante (sequens) 'trium' restituendum opinatur
HIA. non ego.

tium gerant). 20.15. 29.3. Cic. Top. 4.18. c. Boeth. l. c. (p. 302. ed. Bait.)
ad res manc. al.] Vid. 2. 80. sq. 84. sq. 47. Ulp. cit. 11. 27. Vat. Fgm.
§§1. 45. Cic. Top. 11. 46. c. Boeth. ad. h. l. (ed. Bait. p. 342. v. 21. sq.) ad obl.
suscip.] Vid. 3. 108. 91. 176. 1. 176. 178. 180. Ulp. l. c. Cic. pro Caec. 25. 72.
pro Flacc. 35. 85. ut quia] cf. Ulp. L. 1. pr. D. de legitimis tutorib. 26. 4.

§ 193. Vid. Cic. pro Flacc. 30. 47. Terent. Andr. 1. 5. 60. item De-
mosth. in Steph. 2. p. 984. [legem Pompeiam Bithynis datam memorat
Plin. ep. 10. 84. 112. 144.]

§ 194. Vid. Dosith. de m. miss. §15. (17.) Plutarch. Num. 10. Ulp.
29. 3. supra §145. 3. 44. F-L-H: = ius liberorum habens in tit. Orell.
Henz. n. 6198. § 195. Vid. §185. ibiq. c. it. ll.

pluribus modis | ¹libertina alterius generis habere, ueluti
si a femina manumissa sit; tunc enim e lege Atilia petere
⁴de|bet tutorem, uel in prouincia ²e lege Iulia et Titia: ³pa-
⁶tronae — | ⁷Item si sit a mas- §195a.
culo manumissa, et auctore eo coemptionem fecerit, deinde
⁸remancipata et manu|missa sit, patronum quidem habere
tutorem | desinit, incipit autem habere eum tutorem a quo |
¹⁰manumissa est, qui fiduciarius dicitur. Item si patro|- §195b.
¹²nus ¹siue filius eius in adoptionem se dedit, debet sibi | ⁵e
lege Atilia uel Titia tutorem petere. Similiter ex iisdem | §195c.
¹⁴legibus petere debet tutorem liberta, si patronus ⁶de|cedit
nec ullum uirilis sexus liberorum in familia relinquit.
¹⁶Masculi quando puberes esse ⁷coeperint, tutela libe|rantur: §196.

(1) (tutorem) post generis ins. Gō. reprob. La. HIA: liberta tutorem
(2) *cinnasin* C. Heft. uult: e lege Iulia et Titia. nam patronae
tute|lam libertorum suorum libertarumue gerere non possunt. „et
sane probabile est, Gaium rationem, cur liberta tutorem petere de-
beat, nimirum quod patronae ad uirile tutelae officium non admit-
tantur, subnexuisse.“ Gō. „Temptabam: e lege Titia: is in patro-
nae ius non succedit, sed auctoritatem dumtaxat suam interponit.“
La. „Malim e l. iul. et tia n (nam) patronae, ut sequeretur fere iure
ciuili ut feminae tutores esse non possunt.“ Hschk. Hoc ut feminae
Gaio non tribuerim. *ppsexū* (propter sexum) aut simile quid ferri
posset. Nunc HIA: e lege Iulia et Titia: nam patronae cum | ipsae in
tutela sint, tutores esse non possunt. (3) Gō. 1. 2.: Sed et cum a
masculo manumissa [fuerit], et (4) ita Huschk.; Gō. maluit
eiusue filius (5) sic iam Gō. 1. (6) Hschk. et HIA: *decessit* et
paullo post reliquit, ubi C. *recipit* habet. (7) Masculi autem
cum Gō. 1. 2. (*) *coeperit* tut libe| C.

§ 195a. aut. eo] et Cic. p. Flacc. 34. 84. (omnibus ergo tutoribus). Vid.
Cic. p. Cluent. Hab. 5. 14. i. f. et supra §§115. 166. *fiduc.*] Vid. §115. ibiq.
citt. ll. § 195b. Vid. §4. l. quib. mod. tut. fin. 1. 22. Ulp. 11. 9.
§ 195c. Vid. Liu. 39. 9. et supra §179. § 196. Cf. supra §§108. 189. 103.
Ulp. 11. 28. Pr. l. tit. cit. 1. 22. Vid. Dig. de tut. et rat. distr. 27. 3. pas-
sim, e. gr. L. 4. pr. L. 9. §1. LL. 13. 14. et ad 2. §113. c. it. ll. etiam Iusti-
nian. L. 3. C. quando tutores... esse desinant 5. 60. Isidor. Or. 11. 2. 13.
Quintilian. Inst. or. 4. 2. 5. Macrob. in somn. Scip. 1. 6. Tertullian. de
uirg. uelanda c. 11. et impr. Solonis eleg. ap. Clem. Alex. Strom. 6. p. 685.
ed. Sylb. Vid. etiam Ulp. L. 3. pr. D. de censib. 50. 15.

puberem autem Sabinus quidem, ¹Cassius | et ceteri nostri prae-¹⁸
ceptores ²eum esse putant, | qui habitu corporis pubertatem
ostendit, hoc est | qui generare potest; sed in his qui pube-²⁰
scere non | possunt, quales sunt spadones, eam aetatem esse
spe|ctandam, cuius aetatis puberes fiunt; sed diuersae²²
scholae auctores annis putant pubertatem aestimandam, id
est eum puberem esse existimandum, qui x|iii annos expleuit. 53.

3. ————— 117b.
t.s.

§ 197.

§ 2...24.

—————⁴ || aetatem peruenerit, in qua res suas tu- 54.
eri possit. idem aput peregrinas gentes custodiri supe- 117a.
t.s.

(1) Nunc eum La. ad 2. 15. supplui, ut HIA. Ed. m. 4.: quidem et
Cassius ceterique (2) puberem ins. GÜ. 1. 2.

(3) „Huius paginae argumentum duplex sit necesse est. Appa-
ret enim ex iis, quae praecedunt, tractatum de causis finiendae tutelae
in ea continuari; quae autem sequuntur, caput de curationibus in ea
incipere demonstrant. Quod in Epit. [1. s.] quidem tale est: Per-
actis pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ra-
tio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores aetate, ma-
iores euersores, insani. Hi, qui minores sunt, usque ad uiginti et
quinque annos impletos sub curatore sunt. Qui uero euersores aut in-
sani sunt, omni tempore uitae suae sub curatore esse iubentur, quia
substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.” GÜ. „In
p. 53. Gaius primum de pubertate Neratii Prisci sententiam (Ulp.
11. 28.) addidisse, deinde ad eas personas quae in curatione sunt (cf.
1. 142. 143.) transiisse uidetur” adnot. HIA. (4) „Gaius primum
ut Ulp. 12. 1. 4. de curatoribus qui ex l. XII f. uel ab ipso praetore
uel ex lege Plaetoria dantur, disputasse et deinde suo more addidisse
uidetur, quid in hoc iure naturali ratione constitutum (uelut furiosos
curatore regi), quid iuris civilis sit. Citium Rom. proprium esse,
quod lex Plaetoria curatores quibusdam ex causis minoribus XXV
ann. dari iussit, dum tamen iam puberes sint [possunt enim in qui-
busdam causis etiam pupillis dari]. „illud enim ius, ex quo impubes
alieno arbitrio regitur, donec ad eam ||” HIA. (5) possit etiam HIA.

§§ 197. 198. Cf. supra § 189. Gai. epit. 1. s. Vid. pr. I. de curatorib.
1. 23. Ulp. 12. Paul. L. 2. D. de curatorib. furioso et aliis extra minores
dandis 27. 10. et passim eod. Ulp. L. 12. pr. D. de tutorib. u. cur. datis
26. 5. Capitolin. Marc. 10. cum Sueton. Claud. 23. et Plin. ep. 9. 13. 16.

rius¹ | indicauimus. ²Ex iisdem causis et in prouinciis § 198.
a praesidi|bus earum curatores dari ³uoluit. |

Ne tamen et pupillorum et eorum qui in curatione sunt, | § 199.
negotia a tutoribus curatoribusque consuman|tur aut demi-
nuntantur, curat praetor, ut et ⁴tutores et [curato]res eo | no-
mine satis dent. set hoc non est perpetuum: nam | et § 200.
tutores ⁵testamento dati satis dare non coguntur, quia | fides
eorum et diligentia ab ipso ⁶testatore probata est; [et] | cu-
ratores, ⁷ad quos non e lege curatio pertinet, set ⁸[qui] | uel
a consule uel a praetore uel a praeside prouinciae dan|tur,
plerumque non coguntur satis dare, scilicet quia satis idonei
electi sunt. ||

(1) § 189. (2) (Sed) ex HIA. (3) La. codicem solent, non
uoluit habere suspicatus est: „quo admissio magnas difficultates tol-
lemus, praesertim cum Gaium Institutiones uel totas uel maiore ex
parte anno p. Chr. n. 161. scripsisse constet.” HIA adn. uoluit tam ad
L. Plaetoriam, quam ad principis alieuius constitutionem perti-
nuisse potest. (4) tut et peo|u nomine C. (5) t (=testamento) C.
(6) te (=testatore) C. (7) at quos nonne C. (8) pronomem a GÜ.
2. insertum si abesset, non desiderarem.

Varr. de r. r. 1. 2. Colum. der. r. 1. 3. Hor. epist. 1. 4. 101. sqq. item ad
2. 64. eitt. ll. Isidor. Or. 10. 53.

§§ 199. 200. Pr. I. de satis datione tutor. u. cur. 1. 24. Vid. (4. 99.)
Ulp. L. 5. § 1. 3. D. de leg. tut. 26. 4. Mod. L. 21. § 5. Paul. L. 24. D. de tutor.
u. cur. datis 26. 5. Idem L. 8. § 4. D. qui satis dare cogantur 2. 8. Diocl. et
Max. L. 4. C. in quib. casib. i. i. rest. 2. 41. L. 3. C. de postlim. reu. 8. 51. In-
stinian. L. 27. C. de. episc. aud. 1. 4. L. 7. § 5. C. de cur. fur. 5. 70. De fide
iussoribus tutorum et curatorum: Dig. 27. 7. Cod. 5. 57. Rem pu-
pilli uel adulescentis saluam foree: Dig. 46. 6. De tutore uel cura-
tore qui satis non dedit: Cod. 5. 42. a consule] Suet. Plin. Capitol.
ll. eitt. § 3. I. de Atil. tut. 1. 20.

[COMMENTARIVS SECVNDVS.]

- §1. Superiore commentario de iure personarum | exposuimus; 55.
modo uideamus de rebus: quae uel | in nostro patrimonio 63a.
sunt, uel extra nostrum patrimonium habentur. f.s.
- §2. Summa itaque rerum diuisio | in duos articulos deducitur:
- §3. nam aliae sunt diuini iuris, aliae humani. Diuini iuris 6
- §4. sunt uel ufi res sacrae | et religiosae. sacrae sunt quae
diis superis consecratae sunt; religiosae, quae diis Mani- 8
- §5. bus relictas | sunt. Sed sacrum quidem locum nullum 10

(1) *das* C. ut *sq.* diis. itaque per error. ed. m. 4. et HIA dis (2) ita
La. et edd. m. 2. 3. Gö. 1. ex tota § 5. non nisi Sed sacrum —
habet. Gö. 2. Sed sacrum — | auctoritate — lege de | § c.
tum La. Gö. 3. et ed. m. 4. et Gn. quidem solum existimatur | HIA:
quidem solum tantum existimatur | In quibus cum et solum pro lo-
cum, et codicis discrepantia, et quod, quae ad rerum mobilium solique
consecrandarum differentiam indicandam requiritur, negatiua loci

§ 1. Pr. L. de rer. diuis. 2. 1. Cf. Gai. epit. 2. 1. pr. Vid. Paul. L. 5. pr.
D. de V. S. 50. 16. et cf. supra 1. s. Pomp. L. 9. D. rem pup. 46. 6. (non so-
lum quae in patrimonio habet, sed et quae in nominibus sunt).
§§ 2...5. Vid. § 7. I. tit. cit. 2. 1. §§ 2. 3. 8. 9. Vid. Gai. epit. 2. 1. § 1.
§ 2. L. 1. pr. D. de rer. diuis. 1. s. (Gai. lib. 2. Instit.) Vid. Ulp. L. 1. pr.
Paul. L. 2. § 1. D. de interdict. 43. 1. infra 3. 97. § 3. cit. Gai. L. 1.
pr. D. I. 8. Notae Vatic. ed. Momms. p. 307. n. 18...20. I. L. S. in loco sacro.
I. L. R. in loco religioso. I. L. D. in loco diuino. Cf. ibid. p. 308. sq.
n. 6. 7. 9. 22. item Notae Papian. p. 323. n. 23. 24. 26. 41. Paul. Diae. ex
Festo v. *Altaria* (p. 29. ed. Müll.) Cic. top. 23. 90. § 4. *sacr.*
(sanct.) *relig.*] Vid. Fest. uu. *Religiosus, Religiosum, Sacratae leges,*
Sacer mons. Cic. de har. resp. 6. sqq. Macrob. Sat. 3. 3. Ulp. L. 2. § 4.
Pomp. L. 36. D. de religios. 11. 7. Frontin. de contr. in Gromaticis uett.
ed. La. p. 22. sq. Isidor. Or. 10. 235. 15. 4. 1. et 2. *sacr.*] Vid. Marcian. L. 6.
§ 3. D. tit. cit. 1. s. *religios.*] Vid. Marcian. cit. L. 6. § 4. Gell. 4. 9. Macrob.
l. c. et contra Cic. de N. D. 2. 28. 72. item Lactant. Inst. diu. 4. 28. Seru.
ad Vergil. Aen. 8. 349. Augustin. retract. 1. 13. § 5. Cf. §§ I. de

— existimant sine | auctoritate 'populi Romani fieri; consecratur
12 enim lege de | ea re lata aut senatus consulto facto. reli- § 6.
giosum uero nostra uoluntate facimus mortuum inferentes
14 in locum | nostrum, si modo eius mortui funus ad nos per-
tinet | at. set in prouinciali solo placet plerisque solum § 7.
16 religiosum non fieri, quia in eo solo dominium populi Ro-
mani | est uel Caesaris, nos autem possessionem tantum et
18 u | sum fructum habere uidemur: utique tamen | eius modi
locus, licet non sit religiosus, pro religioso habetur, quia |
20 etiam quod in prouinciis non ex auctoritate populi Romani
consecratum est, proprie quidem sacrum non est, tamen
22 pro sacro habetur. Sanctae quoque res, ueluti muri § 8.

conceptio defecit, ualde displicerent, in Codice sic scriptum fuisse
auguratus sum: *qd loc nullum existimant sine* | (in quibus *ut* ex x.
u facilius quam *in* fit, nec sine [pro Bl. or] eum offendet qui incer-
titudinem eius modi ductuum praecipue uersus claudentium mino-
rique forma scriptarum aestimauerit. cf. e. gr. sq. §. 19. i. f.
(1) ita post La. Gö. 3. edd. m. 3. 4. Gn. et HIA. (2) at C.
(3) eo solo uix sufficit pro ca... (o) C. (4) Gö. eius modi
(5) *u. uer* | C. (6) *q* C. Possis quin etiam Hefft.: quia, etiamsi
(7) *a(x)earum* C. sec. Gö. *sacrum* sec. Bl. feci *qdsacrum*. sed etiam
sic §. 21. solito breuior est. *quidem* edd. non habent, sed Gö. et La.
[quamquam] proprie s. HIA: (etsi) proprie. (8) *qqque* C. (9) *uu*
C. (i. e. uui) ueluti etiam Inst. et Dig. Non recte scripseramus: uelut

rer. diu. 2. 1. Ulp. L. 9. pr. § 1. 2. D. eod. 1. s. Val. L. 15. D. ut in poss. leg.
36. 4. Vid. ad § 4. citt. imprim. Cic. l. c. et ad Att. 4. 2. 3. Fest. uu. *Sa-
cratae leges, Sacer mons.* Isidor. Or. 15. 4. 1. § 6. Cf. § 9. I. tit. cit.
Vid. locc. ad § 4. citt. item L. 2. §§ 5. 7... L. 4. LL. 39. sqq. D. de religios.
11. 7. LL. 2. 10. 14. C. eod. 3. 4. sed uid. etiam Paul. ex Festo uu. *Fulguri-
tum, Fanatica arbor.* et inserri. in *Berichte der sächs. Gesellsch. der
Wfsten.* 1849. I. p. 291. sqq. § 7. Vid. supra 1. 6. et 2. 21. 46. 27. et ad
h. §. citt. ll. Frontin. de controu. p. 36. cf. p. 63. cit. edit. La. Senec. de ben.
7. 4. 2. sqq. Traian. in Plin. epp. 10. 62. (59.). § 8. L. 1. pr. D. cit.
1. s. § 10. init. I. tit. cit. 2. 1. Epit. 2. 1. § 1. Vid. Fest. uu. *Religiosus* et
Sagmina item LL. s. 9. 11. D. h. t. l. s. LL. 2. 3. D. ne quid in loco sacro
fiat 43. 6. Mod. L. 3. § 17. D. de remil. 49. 16. Isidor. Or. 15. 4. 1. i. f. et 2.
sed uide etiam Ouid. Fast. 1. 609. sqq. et Macrob. l. c. item Pap. L. 41. D.
de poenis 48. 19. Cic. de inu. 2. 49. 145. sq. Auct. ad Herenn. 2. 10. 15.

- § 9. et por[tae, quodam modo diuini iuris sunt. Quod autem diuini iuris est, id nullius in bonis est: id uero quod humani iuris est, plerumque alicuius in bonis est; potest autem et nullius in bonis esse: nam res hereditariae, ante quam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt. Hae autem res quae humani iuris sunt, aut publicae sunt aut privatae. quae publicae sunt, nullius in bonis esse creduntur: ipsius enim uniuersitatis esse creduntur. privatae autem sunt quae singulorum sunt.
- § 12. Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporeales.
- § 13. Corporales hae sunt quae tangi possunt, ueluti fundus, homo, uestis, aurum, argentum et denique aliae res innumerabiles. Incorporeales sunt quae tangi non possunt, qualia sunt ea quae in iure consistunt, sicut hereditas, usus fructus, obligationes quoquo modo contractae. nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur; nam et fructus qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt, est id quod ex

(1) iuris C. (2) ex Dig.

§ 9. in it. ... § 14. Ex L. 1. D. de restituti sunt hi loci. § 9. L. 1. pr. D. de restituti. Vid. § 7. L. tit. cit. infra § 48. Marcian. L. 6. § 2. D. h. t. 4. 8. Ulp. L. 9. § 5. eod. Gai. L. 9. D. de usurp. 41. 3. Alex. L. 4. et Philippor. L. 9. C. de religio. 3. 44. Paul. L. 23. § 1. D. de R. V. 6. 1. item L. 2. § 2. D. de interd. 43. 1. infra 3. 97. res hered.] Vid. infra §§ 52. sqq. 3. 97. 201. §§ 10. 11. Vid. Ulp. L. 1. pr. Paul. L. 2. § 1. D. de interd. 43. 1. Ulp. L. 15. D. de V. S. 50. 16. Marcian. L. 6. § 1. D. de rer. diu. 1. 8. § 6. L. eod. 2. 1. Notae Vatic. p. 309. n. 21. L. P. Locus publicus. Notae Pap. p. 323. n. 30. L. P. Locus publicus. Senec. epist. 79. 6. (Icti negant quidquam publicum usu capi).

§§ 12. 14. L. 1. D. de reb. corp. 2. 2. Cf. Gai. epit. 2. 1. § 2. 3. Vid. Cic. Top. 5. 27. et Boeth. ad h. l. (ed. Baiter. p. 319. sqq.) Quintilian. Inst. or. 5. 10. 116. et infra 4. 3. Ulp. L. 18. i. f. D. de H. P. 5. 3. § 12. Vid. cum sqq. duab. § setiam §§ 28. 34. 35. item 3. 53. § 13. Vid. Cic. et Boeth. l. c. Fest. u. Possessio (ed. Müll. p. 233.) Plat. ap. Augustin. de ciu. dei 8. 6. Aristot. phys. 4. 7. item Senec. de breu. uit. e. s. Seru. ad Aen. 6. 303. § 14. § 2. I. tit. cit. Vide infra §§ 28. sqq. 4. 3. hered., usus fr.] Vid. Ulp. 19. 11. L. 4. pr. D. comm. diu. 10. 3. Pomp. L. 119. D. de V. S. 50. 16. (Hereditas ... iuris enim nomen est ...). Senec. de benef. 6. 5. 2. Pap. L. 66. § 6. D. de leg. 11. 31. ex aliq. obl. et c.] Vide infra

57. aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale est, ueluti fundus, homo, pecunia: nam ipsum ius successionis, et ipsum ius utendi fruendi, et ipsum ius obligationis incorporale est. eodem numero sunt et iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam seruitutes uocantur.
- ¶ 5. 8.
9. Item § 14.
10. ¶ 10. 20.
21. Item § 15.
58. ¶ 22. 24. ¶ statim ut nata sunt, mancipi

(1) Haec e Dig. l. c. translata explendis uersibus 3. 5. 8. non sufficiunt. In Gai. epit. 2. 1. § 3. locus copiosior est hic: Incorporalia etiam sunt iura praediorum urbanorum uel rusticorum. Praediorum urbanorum iura sunt stillicidia, fenestrae, cloacae, alius erigendae domus aut non erigendae, et luminum, ut ita quis fabricet, ut uicinae domui lumen non tollat. Praediorum uero rusticorum iura sunt uia uel iter, per quod pecus aut animalia debeant ambulare uel ad aquam duci, et aquae ductus: quae similiter incorporalia sunt. Haec iura tam rusticorum, quam urbanorum praediorum seruitutes appellantur. Cf. § 31. (2) Quae h. l. et § 16. supplenda esse uideantur, hic fere Ulpiani articulus (19. 1.), quo eum et Gai. 1. 120., ostendit: Omnes res aut mancipi sunt aut nec mancipi: mancipi sunt praedia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus; [item iura praediorum rusticorum, uelut uia, iter, actus, aquae ductus;] item serui, et quadrupedes quae dorso collouae domantur, uelut boues, muli, equi [Gai. 1. 20.: equi, muli], asini. Quae uicis [] inclusimus, ea Gaius h. l. omisisse uidetur, tum quia lacunae angustiae Ulpiani locum non capiunt, tum quia Gaius § 17. de seruitutibus praediorum rusticorum eas mancipi fuisse docet, atque p. 58. sequentia uerba hoc quoque supplementum requirunt: set haec animalia nostri quidem praepiores || HIA sic: Item ex mobilibus et mouentibus mancipi sunt serui atque ancillae et ea animalia mansueta, quae collo dorsouae domantur, qualia sunt boues, equi, muli, asini. et nostri quidem praepiores haec animalia ||

§ 38. Paul. S. R. 3. 6. § 11. L. 4. D. de V. S. 50. 16. (Nominis appellatione rem significari ...). Pomp. L. 9. D. rem pup. 46. 6. eod. num. sunt et c.] Vid. § 17. Ulp. L. 13. § 1. D. de damno inf. 39. 2.

§§ 15. 16. Cf. Ulp. 19. 1. et supra 1. 119. sq. Vid. Boeth. l. c. § 28. (ed. Baiter. p. 321.) Isidor. 9. 4. 45. infra § 27. item Vat. Fgm. § 259 cf. § 45.

esse putant; Nerua uero, Proculus et ceteri diuersae scho-
lae auctores non alijter ea mancipi esse putant, quam si
domita sunt; et si propter | ¹nimiam feritatem domari non pos-
sunt, tunc uideri mancipi esse ²_____ | _____ 6

§16. _____ nec | mancipi sunt uelut ursi, leones, item
ea animalia quae ³fere bestiarum numero sunt, uelut ele-
fantes | et cameli; et ideo ad rem non pertinet, quod haec
animalia etiam collo dorsoue domantur ⁴_____ | _____ 10
_____ uelut quorum | qu _____
_____ | _____ mancipi esse; quaedam | 12

§17. ⁵non mancipi sunt. ⁶Item fere omnia quae incorp[or]alia 14
sunt, nec mancipi sunt, exceptis seruitutibus | praediorum
rusticorum⁷; nam haec quidem mancipi res | sunt, quamuis sint
ex numero rerum incorp[or]alium. 16

§18. Magna autem differen]tia est mancipi rerum et nec man- 18

(1) *minimam C.* (2) Gō. prop. et HIA in text. rec.: *cum ad eam aeta-
tem peruenerint, cuius aetatis (in qua pro cui. aet. HIA) domari solent.* Cf.
1.196. Addiderim ad initium §16. antenec uerbum Res HIA: §16. *E di-
uerso ferae bestiae nec* | (3) *ferae C.* ut saepe ae pro e. Edd. praeter
La. 1842. et m. 3.4. ferarum quod HIA recepit, adnotans male fere scribi
⁷etiam haec de causa, quod Gaius ubique ferarum bestiarum, non
simpliciter bestiarum nomine utitur, ne lex quidem Aelia Sentia,
ubi non nisi de feris bestiis uoluit, hoc adiectiuum adiecit (Gai. 1.13.),
cameli autem et elephantum non ferae, ne quidem uerae, sed fere be-
stiae sunt. Camelos *iumentorum ministeris dorso fungi* Plin. 8. 18.
sect. 26. scribit; idem 8. 6. sect. 6. ex Varr. de l. l. 7. 39. 40. elephan-
tum *'bouem Lucam'* dictum fuisse memorat. (4) HIA haec coe-
git: *item animalia quaeuis minora, unde etiam mansuetorum,* quo-
rum *singula quaedam supra diximus* (5) *nec HIA,* sed omnibus
litteris non C. (6) Ita hunc locum max. partem Hollw. resti-
tuit; non recte, ut opinatus est Zachariae (*Ueb. d. Untersch. zw. ser-
uitt. rust. und urbanae.* Hdlb. 1844. 8^o. § 7.) qui dubium esse putat,
an Gaius h. l. de seruu. pr. urb. omnino locutus non sit. (7) *in*
Italico solo, q̄ m̄cipi | sunt rectius suppleri censet Hschk. et in text.
rec. HIA.

item ad sup. §120. c. it. ll. et Iustinian. L. un. i. f. C. de usuc. transf. 7. 31.
§ 17. Vid. infra §§ 28. 29. et 1. 120. Ulp. l. c. Paul. in Vat. Fgm. § 45.
§§ 18...21. Cf. Ulp. 19. 7. Vid. § 17. et infra §§ 28. 65. sq. et § 40. I. de

cipi: nam res nec | ¹mancipi nuda ²traditione ad alium trans- §19.
²⁰ferri possunt, si modo corporales sunt et ob id recipiunt
traditionem. itaque si tibi uestem uel aurum uel ar- §20.

²²gentum tradidero siue ex uenditionis causa siue | ²ex dona-
tionis siue quauis alia ex causa, ³tua | fit ea res _____

59. _____ In eadem || causa sunt prouincialia praedia, §21.

116b. t.s. quorum alia stipen]diaria, alia tributaria uocamus: | stipendia-
⁴ria sunt ea quae in his prouinciis sunt, quae propriae populi
Romani esse intelleguntur; tributaria sunt ea quae in | his
⁶prouinciis sunt, quae propriae Caesaris esse creduntur.

Mancipi uero res ⁴sunt quae per man]cipationem ad alium §22.

(1) Gō. 1. et edd. omnes *abalienari pro ad alium transferri* HIA: *ad
alium transferuntur*, quod eum etiam §. 19. non satis expleret et in
iure cessionem tacite excludere uideretur (quod in § 22. non ita est),
posui *ad alium transferri possunt.* (2) sic iam Gō. 1. (3) Gō.
nouissime ea dedit quae praeter si recepi. *Suppleuerim: tua | fit ea
res naturali ratione tibi adquisita.* Cf. e. gr. infra § 66. et § 40. I. de
rer. diu. 2. 1. Klenz. dedit: *qua | fit earum rerum alienatio, sine du-
bio transferuntur.* Huschk. et HIA: *tua | fit ea res sine ulla iuris solen-
nitate.* Hollw.: *tua | fit ea res simul atque eam adprehenderis (s.
atque tibi tradita fuerit).* La. ex Theoph. *si modo tradendi animum
habui.* quod Buchh. ut ductibus codicis, qui tamen praeter *ssio*
nulli adparent, adcommodatus probat. (4) Hschk. malit pro
sunt quae et HIA ded.: *aeque* [e. quae C.] cf. 2. 19. sed C. non habet
equae, sed *quae* (i. e. *3* quae)

rer. diu. 2. 1. eum Theoph. ad h. l. § 18. Vid. Boeth. l. c.
§. 19. Cf. Gai. L. 43. § 1. D. de A. R. D. 41. 1. Vid. Paul. L. 3. pr. D. de A. u. A.
P. 41. 2. § 20. Vid. Iau. L. 55. D. de O. et A. 44. 7. Ulp. L. 1. § 1. D. de
off. procur. 1. 19. *tradidero* | Vid. ad §§ 18...21. c. it. ll. Ulp. L. 20. pr. § 1.
D. de A. R. D. 41. 1. *siue ex uend. et c.* | Vid. § 41. l. tit. cit. Paul. L. 31.
pr. D. de A. R. D. § 21. Vid. etiam 1. 6. 2. 7. c. Frontin. ibi cit. et
Fgm. Vat. §§ 61. 259. 283. 285. 289. 293. 315. sq. Vid. Ulp. L. 27. § 1. D. de V. S.
50. 16. Paul. 13. D. de imp. in res dot. 25. 1. Herm. L. 46. § 5. D. de I. F. 49. 14.
et tot. tit. Dig. de censibus 50. 15. § 22. Cf. Cic. Top. et Boeth. ll. cc.
Vid. infra § 204. Fgm. Vat. §§ 311. 313. Horat. epist. 2. 2. 158. sq. Varro
de R. R. 2. 10. 4. Cic. de harusp. resp. 7. 14. pro Caec. 26. 74. Senec. de be-
nef. 5. 19. 1. (mei mancipii res est). dial. 11. 10. 4. epist. 72. 7. (nihil dat
Fortuna mancipio). Tertullian. adu. Marcion. 2. 6. Diocl. et Max. L. 1.
i. f. Hermog. Cod. de donatt. i. u. et ux. 7. (Haen. p. 72., Schult. p. 714.)

transferuntur; unde ¹etiam proprie | mancipi res sunt dictae. ⁸
²quod autem ualet mancipatio in mancipi rebus, idem in om-
 § 23. nibus rebus ualet in iure cessio. Et mancipi] patio quidem
 quem ad modum fiat, superiore | commentario³ tradidimus. | ¹⁰
 § 24. In iure cessio autem hoc modo fit: aput magistratum populi¹²
 Romani, uelut praetorem, uel aput praesidem prouinciae is cui |
 res in iure ceditur, rem tenens ita ¹⁴dicit HVNC EGO HOMINEM
 EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESS[ERE] AIO; deinde postquam hic
¹⁶uindicauerit, praetor interrogat eum qui cedit, an contra
 uindicet; quo negante aut tacente tunc ei qui uindicauerit,
 eam rem addicit; idque | legis actio uocatur, quae fieri ¹⁸
 § 25. potest etiam in prouinciis aput praesides earum. Ple-
 rumque tamen et | fere semper mancipationibus utimur: ²⁰
 quod enim | ipsi per nos praesentibus amicis agere possu-
 mus, hoc | non est necesse cum maiore difficultate aput | ²²
 praetorem aut aput praesidem prouinciae quaerere.
 § 26. [At si] neque mancipata, neque in iure cessa sit res man-

(1) scilicet Baumbach. et edd. m. 2. 3. Gö. adnot. An quidem? 1. 112. 121. 2. 173. 3. 56. 90. 4. 94. est unde etiam quod postea Gö. uoluit et HIA recepit, sed non sufficit ad spatium explendum; itaque nunc dedi etiam proprie (et proprie) Cf. infra § 173. et 4. 18. (2) San. maluit: quod idem ualet mancipium et mancipatio. Sed aperte uersum omisit librarius, quem post Gö. 1. edd. sic restituerunt: (patio, idem ualet et in iure cessio. Et mancipi) quod cum ad totum uersum explendum non sufficiat, sumpsit eum sic habuisse: patio in mancipi reb. id. in omnib. reb. ualet in iure cessio et mei (3) 1. § 119. (4) uel (uel sed aliquoties pro uelut positum est) Gö. 1. 2. uel [apud] ex Boeth. Hollw. uelut. Tum uel app. C. (5) uindicat Boeth. (uindicat HIA. (6) e Boeth. completa. (7) ex Hollw. et Husch. Gö. 3. (8) Sic iam Gö. 1. fecit: quaerere. qsl. (quaerere. Quodsi) In C. nunquam rere per RR scribitur, quamvis n pro re usitata sit. Malim quaeri s' si ne | (quaeri. set si ne | in C. est: quae...ne | HIA.

§ 23. Cf. 1. 119. sq. ibiq. cit. Boeth. § 24. Boeth. l. e. (Baiter. p. 322. v. 17. sqq.) Cf. Ulp. 19. 9. 10. et supra § 134. infra § 65. leg. act.] Vid. ad 4. 11. c. it. ll. § 25. Vid. etiam Gai. L. 24. D. de R. V. 6. 1. L. 1. D. de usurp. 41. 3. § 26. Cf. Boeth. l. e. (Bait. p. cit. v. 26. sqq.) Vid. § 15. infra § 41. 67. sq. 204.

60. cipi || ¹ _____
 116a. _____
 t. s. _____
 61. _____ || _____ .. _____ | _____
 28a. unica .. _____ | _____ § 26a.
 6. _____ v. 3...5. _____ | praedium _____ § 27.
 quidem ulla libera ²ad-
⁸monendi sumus etiam nexum Italici soli proprium | esse, pro-
¹⁰uincialis soli nexum non esse: recipit enim nexum significatio-
 nem solum non aliter quam si mancipi est, prouinciale uero
¹²nec mancipi est³ — enim uero prouinciale | quod ius Qui-
 ritium de mancipa — .

(1) HIA adnotauit: Puta secutum esse sed tantum tradita. Suspicor enim in hac pag. et prima parte sequentis Gaium primum dixisse rem mancipi traditam tantum, si quidem a cive Rom., non effici accipientis ex iure Qu. (in bonis fieri, postea demum dicit § 41); si uero a peregrino, cum quo ius commercii non sit, perinde esse ac si res nec mancipi tradita esset (cf. Fr. Vat. § 47. not. 17); totum enim hoc rerum discrimen iuris civilis esse. Deinde de iure commercii exposuisse, sed plenius, quam Ulp. 19. 4. 5. Mancipationem uero, si ab eo, quicum ius commercii sit, res mancipi mancipio accipiat, etiam nexum continere, i. e. ut venditor evicta re auctoritatis nomine ad duplum pretium solvendum obligetur. Inuicem iuris commercii communicationem efficere, ut si civis R. a peregrino liberae civitatis secundum mores legesque peregrinorum rem emat, quae ex his legibus per traditionem acquiri non possit, quo in numero praedia esse soleant, iustus dominus eius rei efficiatur. Nec tamen idem obtinere in prouinciis. In his enim non modo praedium nullum possessorum proprium, sed ne quidem ulla libera civitas est. (2) „Locus ita fere poterit restitui: In summa admonendi sumus, nexum Italici soli proprium ius esse, prouincialis soli nexum non esse: recipit enim nexum significationem solum non aliter, quam si mancipi est, prouinciale uero nec mancipi est.“ Gö. unde HIA dedit supplementa quae nunc praeter Praeterea hoc loco recepimus. (3) HIA: solum uero prouinciale, quod ius Quiritium habet, Italici loco est et proinde mancipari potest. quae non omnia recipere ausus sum. certe solum parum conuenit codicis auctorem, neque Italici loco est et ex codicis ductibus efficere possum.

§ 26a. Cf. supra § 7. HIA. § 27. Vid. 1. 119. sq. 2. 7. 15. 21. 31. 3. 171. sqq. ibiq. c. it. ll. Cic. de har. resp. 7. 14. (iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipi, iure nexi). pro Flacc. 32. 80. (sintne ista praedia censui censendo? habeant ius ci-

§28. ¹Res | incorporales traditionem non recipere manifestum ¹⁴

§29. est. sed iura praediorum urbanorum in iure tantum ¹⁵
cedi possunt; rusticorum vero etiam mancipari | possunt. ¹⁶

§30. Usus fructus in iure cessionem tantum recipit: nam | do-
minus ²proprietatis alii usum fructum in iure cedere po-
test, | ut ille usum fructum habeat et ipse nudam proprie- ¹⁸
tatem *retineat*. ipse usufructuarius in iure cedendo do-
mino proprietatis usum fructum *efficit* ut a se discedat et
conuertatur in proprietatem; | alii vero in iure cedendo ni- ²²
hilo minus ius ³sum retinet: creditur enim ea cessione

§31. nihil agi. Sed haec | scilicet in Italicis praediis ita
sunt, quia et ipsa praedia mancipationem || et in iure ces- ⁶²
sionem *recipiunt*. alioquin in prouincialibus praediis siue ^{28b.}
⁴quis usum fructum siue ius eundi, agendi aquam/ue du-
cendi uel altius tollendi aedes aut non tollendi, ne lumini-
bus uicini officiantur, ceteraque similia iura constituere uelit,
pactionibus et stipulationibus id efficere potest; quia ne
ipsa quidem praedia mancipationem aut [in] iure cessionem

(1) Incorporales (res) edd. omnes. Gaius nomen nisi uerbum sequatur, non ita adiectiuo postponit; sed librarius non uno loco inepte noua commata incepit (cf. e. gr. seq. p. 10.11.): uerius itaque uidetur * siue res uersui 12. adscribere. (2) septies in his duab. pagg. 61. 62. librarius per ae (propriet.) scripsit hoc nomen. (3) sum retinetur C. (4) quis C.

uile? sint necne sint mancipi? subsignari apud aerarium, apud cen-
so rem possint?) Frontin. ad §7. cit. Notae Vat. p. 309. n. 27. L. IQ.
locus in iure queritium. Notae Pap. p. 323. n. 37. L. II Q. locus in
iure *Quiritium* (al. locus Italicus iuris Quiritium). Senec. dial. de
breu. uit. 13.8. Iustinian. L. un. C. de usuc. transf. 7.31. cum L. 1. pr. C.
de annali exc. Italicis contr. 7.40. Vide etiam infra §61.

§28. Cf. Gai. L. 43. §1. D. de A. R. D. 41.1. et supra §19. Vid. §40.
L. de rer. diu. 2.1. Paul. L. 3. pr. D. de A. u. A. P. 41.2. §29. Cf.
supra §17. Paul. in Vat. Fgm. §§45. 47. 50. sq. et L. 39. D. de S. P. V.
8.2. §30. Cf. Vat. Fgm. §§. citt. et 54. 75. et §33. Ulp. 19.11.
Vid. §3. L. de usufr. 2.4. cum Theoph. et Glossa Taurin. ad h. l. Pomp.
L. 66. D. de I. D. 23.3. Paul. S. R. 3. c. §32. §31. Cf. Gai. L. 3. pr.
D. de usufr. 7.1. §1. Leod. 2.4. et §4. L. de seruitut. 2.3. Vid. Gai. epit. 2.1.

⁸recipiunt. ²Et cum | usus fructus ³et hominum et ce- ³²

terorum animalium constitui possit, intellegere debemus

¹⁰horum usum fructum etiam | in prouinciis per in iure ces-
sionem constitui posse. Quod autem | diximus usum ³³

¹²fructum in iure cessionem tantum recipere, | non est temere
dictum, quamuis etiam per mancipationem | constitui possit

¹⁴eo quod in mancipanda proprietate detrahi potest; non
enim ipse usus fructus mancipatur, | sed cum in mancipan-

¹⁶da proprietate deducatur, eo | fit ut aput alium usus fru-
ctus, aput alium proprietate sit. |

¹⁸Hereditas quoque in iure cessionem tantum recipit, | ³⁴

²⁰nam si is ⁶ad quem ab intestato legitimo iure pertinet | he- ³⁵
reditas, in iure eam alii ante aditionem cedat, id est ante |

²²quam ⁹heres extiterit, ⁷perinde fit heres is cui in iure ¹⁰ces-
serit, ac si | ipse per legem ad ¹¹hereditatem uocatus esset:

post | ¹²obligationem uero si ¹³cesserit, nihilominus ipse ||
⁶³heres permanet, et ob id ¹⁴creditoribus tenebitur, debita

87a.

(1) *recipiunt* C. (2) edd. praeter La. 1842. et m. 3.4. Set. HIA: Sed
(3) etiam La. 1842. (4) *honorum* C. (5) Rubricae (fort. DE
HEREDITATIS IN IVRE CESSIONE) inscribendae uacat §. 18.
(6) at C. (7) h (=hereditas ut sq. pag. v. 9. pro h ut e. g. sq.
pag. v. 3. habet) C. (8) *eres* C. non ita raro omittens h
(9) *pinde* C. ut saepe (e. gr. sq. pag. §. 3.), ubi pari iure *proinde* scri-
beres. (10) *cessa erit* maluit La. „ap. Ulp. 19. 14. et hic sq. §. 4.
cui *cessa est*“ (11) *heretem* C. (12) *aditionem* hic et § 36.
i. f. perperam codicis scripturam mutauit Gö. Cf. Iau. L. 28. D. de reb.
auct. iud. possid. 42. 5. et all. ll. (13) *cederit* C. (14) a
creditorib. C. et iterum 3. § 85.

§3. et supra §§120. sq. et h. C. § 37. Ulp. L. 25. §7. D. de usu fr. 7.1. L. 17.
D. de seruit. 8.1. Paul. L. 25. §§9...12. D. fam. ere. 10.2. § 32. Vid.
Gai. L. 3. §1. D. 7.1. § 33. Cf. ad §30. cit. Vat. Fgm. §. 47. Vid. §1.
L. de usufr. 2.4. § 34. Cf. Ulp. 19.11. et supra §14. Vid. Plin. epist.
5.1.3. Sern. ad Aen. 3.279. et infra ad §54. citt. § 35. Cf. 3.85.
Ulp. 19.12...14. Antonin. L. 1. C. de reuoc. his q. in fraud. cred. 7.75. Polyb.
32.14. Vid. etiam Senec. de ben. 6.5.3. Varr. de r. r. 3.16.2.

nero pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum |
 faciunt; corpora vero eius hereditatis perinde transeunt ad
 eum cui cessa est hereditas, ac si ei singula in iure cessa |
 §36. fuissent. Testamento autem scriptus heres ante | adi-
 tam quidem hereditatem in iure cedendo eam alii | nihil
 agit; postea vero quam adierit si cedat, ea accidunt | quae
 proxime diximus de eo ad quem ab intestato legitimo iure
 pertinet hereditas, si post obligationem [in] | iure cedat. 10
 §37. Idem et de necessariis heredibus diuersae scholae auctores
 existimant, quod nihil videtur in interesse utrum [aliquis] 12
 adeundo hereditatem fiat heres, an inuitus existat: quod
 quale sit, suo loco apparebit: sed nostri praeceptores pu- 14
 tant nihil agere necessarium heredem cum in iure cedat
 §38. hereditatem. Obligationes quoque modo contractae 16
 nihil eorum recipiunt: nam quod mihi ab aliquo debetur,
 id si uelim tibi deberi, nullo eorum modo, quibus | res 18
 corporales ad alium transferuntur, id efficere possumus; 20
 sed opus est, ut iubente me tu ab eo stipuleris: quae res
 efficit, ut a me liberetur et incipiat tibi teneri. quae di- 22
 §39. citur nouatio obligationis. sine hac uero nouatione non
 poteris tuo nomine agere, sed debes ex persona mea quasi
 cognitor || aut procurator meus experiri. 7 64.
 §40. Sequitur ut admoneamus apud peregrinos quidem unum 87b.

(1) § 35. (2) ita ex 3. 87. La. et edd. m. 2. sqq. [quis] Gō.
 (3) existant C. (4) Cf. §§ 152. sq. apparebit C. (5) p'sum' C.
 sed edd. omnes possum (6) procurator C. (7) Hic rubri-
 cae (DE DOMINII DIVISIONE) proprius ꝑ. relictus non est.

§ 36. Cf. 3. 86. Ulp. 19. 13. 14. Vid. Senec. de clem. 2. 15. 4. (iuravit se
 ...hereditatem non aditurum). § 37. Cf. 3. 87. § 38. Vid. supra
 §§ 14. 19. 23. infra 3. 176. item Paul. L. 3. D. de O. et A. 44. 7. Diocl. et
 Max. L. 20. C. de pactis 2. 3. Vid. Ulp. L. 25. § 2. i. f. D. de usufr. 7. 1.
 § 39. Vid. 4. 82. 86. 97. 98.
 § 40. Vid. 1. 54. 35. 167. 2. 88. 3. 166. Theoph. 1. 5. § 4. item Paul. L. 70.
 § 1. D. de V. S. 50. 16. Herm. L. 5. D. de iust. et iure 1. 1.

esse dominium: ita aut dominus quisque est, aut dominus
 non intellegitur. Quo iure etiam populus Romanus olim
 utebatur: aut enim ex iure Quiritium unus quisque domi-
 nus erat, aut non intellegebatur dominus. set postea di-
 uisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex iure
 Quiritium dominus, alius in bonis habere: nam si tibi §41.
 rem mancipi neque mancipauro neque in iure cessero, |
 set tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res effici-
 tur, ex iure Quiritium uero mea permanebit, donec tu eam |
 possidendo usucapias: semel enim impleta usucapione
 proinde pleno iure incipit, id est et in bonis et ex iure
 Quiritium tua res esse, ac si ea mancipata uel in iure ces-
 [esset. Vsu capio autem] mobilium quidem rerum anno §42.
 completur, fundi uero et aedium biennio; et ita lege XII
 tabularum cautum est.

(1) sic La. itaut C. ita ut d. q. sit aut d. n. intellegatur Gō. et HIA.
 Malim; itaque aut (2) efficitur Gō. 1. 2. (3) [tibi]
 ins. Gō. 1. 2. (4) [esset]. Mobilium q. r. a. completur [usucapio],
 Gō. 1. 2. Sau. uolebat: ac si iet mancipata uel in iure cessa. Et mobi-
 lium quod quidem non probarim; sed neque id quod ex La. et edd.
 m. 2. sqq. retinui, satis mihi facit, tum quia talis uerborum omissio
 nisi propter ὁμοιοτέλευτον non facile praesumi debet, tum propter
 istud autem, quamuis non ignorem in cod. Vat. ap. Ulp. 19. s. idem
 inopportunoque loco poni (Usu capio est autem). Tolerabilius mihi
 uideretur si post cessa nihil nisi esset propter litterarum similitu-
 dinem excidisse nouumque comma a uerbo mobilium incipere sta-
 tuamus, ut fort. uel rubricae DE VSYCAPIONIBVS locus relinquen-
 dus fuerit. Etiam HIA esset (siue eet) ūc āt propter illam simili-
 tudinem excidisse sibi persuasit, ut efficiatur quod nunc quoque
 retinemus.

§ 41. Vid. 1. 15. 17. 2. 26. 35. 204. 3. 80. 4. 36. Boeth. ad § 26. cit. Ulp. 1. 16.
 Horat. epist. 2. 2. 158. sq. Varro et Cic. Top. et de har. resp. ad § 22. citt.
 Diocl. et Max. L. 11. C. de A. E. et V. 4. 49. (pleno iure dominus constitu-
 tus). § 42. Cf. Ulp. 19. s. Pr. L. de usuc. 2. 6. c. Theophil. ad h. l.
 Cic. Top. 4. 23. pro Caec. 19. Gai. infra §§ 44. 54. 204. Vid. Plin. Epist.
 5. 1. 10. Isidor. Or. 5. 25. 30. Mod. L. 3. D. h. t. 41. 3. Justinian. L. un. C.
 de usuc. transform. 7. 31.

§43. Ceterum etiam earum rerum usucapio nobis compe-
tit, quae non a domino nobis traditae fuerint, siue man-
cipi sint ²cae res siue nec mancipi, si modo ³ea bona fide
acceperimus, cum crederemus eum qui ⁴tradiderit, dominum
§44. esse. quod ideo receptum videtur, ne rerum dominia
diutius in incerto essent, cum sufficeret domino ad inqui-
rendam rem suam anni aut || biennii spatium, quod tempus
ad usucapionem possessori tributum est.
§45. Set aliquando etiam si maxime quis bona fide alienam
rem possideat, ⁵numquam tamen illi usucapio procedit, uel-
ut ⁶si qui rem furtiuam aut ui possessam possideat; nam
furtiuam lex XII tabularum usucapi prohibet, ui possessam
§46. lex Iulia et Plautia. Item prouincialia praedia ⁷usu

(1) Ceterarum C. (2) ae C. (3) ea C. cas Gö. 1. 2. et HIA. sed La. ex 2. 89. 3. 90. 198. Ulp. L. 32. § 1. D. de legat. 1. 30. docuit eius modi tum generis tum numeri permutationes a Latino more nequaquam abhorrere. cf. Ulp. L. 14. § 3. D. de alim. leg. 34. 1. (personae ei qui), Cic. ad diuers. 1. 9. 15. (furia, qui adsecutus), pro Sest. 17. 38. (prodigia quos) aliaque eiusdem modi *κατὰ τὸ σημαίνόμενον*. (4) tradiderit C. traderet HIA. (5) n̄ qn tamen ill. C. (6) si quis Gö. „Ego et hoc et aliis locis si qui uel cum qui uel alii qui restituendum censui. habet enim C. quaedam satis antiqua, qualia sunt proxime et tum temporale“. La. (7) possideat C. (8) usucapionē (n̄ pro nū = nem non) C.

§ 43. Cf. pr. L. cit. Ulp. l. c. Vid. infra § 49. Mod. L. 109. D. de V. S. 50. 16. Paul. L. 27. D. de contrah. empt. 18. 1. L. 15. § 2. sqq. Ulp. L. 10. pr. Iul. L. 33. § 1. Pap. L. 44. § 1. D. h. t. 41. 3. Iul. L. 7. § 4. D. pro emptore 41. 4. § 44. Cf. ad § 42. c. it. locc. Vid. Gai. L. 1. D. de usurp. 41. 3. Ner. L. 5. pr. D. pro suo 41. 10. Iustinian. cit. L. un. C. 7. 31. Cic. pro Caec. 26. 74. § 45. Cf. § 1. 2. 10. I. tit. cit. 2. 6. Vid. Dig. h. t. 41. 3. passim. Ven. L. 6. D. ni bon. raptor. 47. 8. Const. et Lic. L. 3. C. de l. t. praeser. 7. 22. [lex XII tabb.] Vid. Dirksen 8. 17. infra § 49. Iul. L. 33. pr. D. h. t. 41. 3. cum Gell. 17. 7. Paul. L. 4. § 6. D. h. t. et L. 215. D. de V. S. 50. 16. [lex Iul. et Pl.] Vid. Inst. §. cit. c. Theophil. (ὁ Ἰούλιος καὶ ὁ Πλαύτιος). Iul. cit. L. 33. D. h. t. 2. (Lex Plautia et Iulia). Vid. etiam Ven. L. 6. cit. Paul. L. 8. § 1. D. ad L. Iul. repetundar. 48. 11. § 46. Cf. cit. L. un. C. et cit. pr. I. item supra § 7. 21. Vid. Senec. ad § 11. cit.

capionem non recipiunt. ¹Item mulieris quae in aigna-
torum tutela erat, res mancipi usucapi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore [auctore] traditae essent: ²et
ita lege XII tabularum cautum erat. Item liberos ho-
mines et res sacras | et religiosas usucapi non posse ma-
nifestum est. Quod ergo | ulgo dicitur, furtiuarum
rerum et ui possessarum usucapionem per legem XII tabu-
larum prohibitam esse, non eo perinet, ut ³[ne ipse] fur
⁴quique per uim possidet, usucapere possit | (nam huic alia ra-
tione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possi-
det); sed nec ullus alius, quamquam ab eo bona fide emerit,
usucapiendi ius habeat. unde in rebus mobiliibus
non facile ⁵procedit, ut bonae fidei possessori usucapio compe-

(1) ita Gö. 2. et ed. m. 4. Sau. auctore. res et tum erant C. Gö. ed. 1. [Item] res mulieris q. i. a. tutela [erat, si] erant Ed. 3. Gö., La. et edd. m. 2. 3. HIA. [Item olim] mul. sed ad ed. 4. adn. uideri mihi res C. ex simpliciter ite natum esse. (2) Fort. ipsa tutore C. ipsa auctore tutore explicandum est. (3) traditaessent C. (4) id est a lege C. id ita edd. Sau. prob. Gö. uult: idque ita HIA ded. nam ita La. habere et ita falso rettulit Buehh., sed recte refert ad finem § 42. Omnino mihi displicet quod Hschk. prop.: id ita l. XII t. cauente. § 48. Liberos (om. Item) h., quamuis capueum C. habeat ubi editur (ab HIA quoque) cautum erat. Item, et recte si ductus illos ita interpretaris erat it. unde etiam tum erat in ed. 4. sine uncinis scripsi. Nunc feci cer' item (5) ex Inst. (6) Litterae quique per et possidet et pos ex Inst. restitutae in C. exesae sunt.

§ 47. Vid. 1. 192. ibiq. ad un. ad res manc. al. c. it. l. et 2. 80. Vat. Fgm. § 1. 259. Cic. ad Att. 1. 5. pro Flacc. 34. 84. (sine omnium tutorum auctoritate). lege XII tabb.] Vid. Dirksen 6. 5. § 48. Cf. § 1. I. tit. cit. 2. 6. Vid. Gai. L. 9. D. de usurp. 41. 3. lib. hom.] Vid. cit. L. 3. C. 7. 22. L. 6. C. de ingenuis mmissis 7. 14. res sacr. et rel.] Vid. supra § 9. (Cic.) De har. resp. 14. 32. Frontin. lib. 2. de controu. agr. p. 56. sq. ed. La. § 49. § 3. init. I. tit. cit. 2. 6. et uid. ad § 45. c. it. l. quia scil. et c.] Vide supra § 43. sed nec] Vid. Paul. L. 24. pr. D. h. t. 41. 3. LL. 5. 7. C. de usuc. pro empt. 7. 26. § 50. § 3. med. ... § 6. I. tit. cit. L. 37. D. h. t. 41. 3. (Gai. lib. 2. Instit.) Eiusd. L. 36. D. eod. quia qui al.] Vid. LL. 1. 7. C. de usuc. pro empt. 7. 26. Paul. L. 4. § 10. D. h. t. 41. 3. Alex. L. 6. C. de furt. 6. 2. nam si heres] Gai. cit. L. 36. D. pr. Vid. Ulp. L. 5. pr.

tat, quia qui alienam rem uendit et tradidit, furtum committit; idemque accidit etiam si ex alia causa tradatur, set tamen hoc aliquando aliter se habet; nam si heres rem defuncto commodatam aut locatam uel aput eum depositam, existimans eam esse hereditariam uendiderit aut donauerit, furtum non committit; item si is ad quem ancillae usus fructus pertinet, partum etiam suum esse credens uendiderit aut donauerit, furtum non committit; furtum enim sine affectu furandi non committitur. aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine uitio furti rem alienam ad aliquem transferat et efficiat, ut a possessore usu capiatur. Fundi quoque alieni potest aliquis sine ui possessionem nancisci, quae uel ex negligentia domini uacet, uel quia dominus sine successore decesserit uel longo tempore afuerit: nam si ad alium bona fide accipientem transtulerit, poterit usu capere possessor; et quamuis ipse qui uacantem possessionem nactus est, intellegat alienum esse fundum, tamen nihil hoc bonae

- (1) eundempositam C. (2) at C. (3) et C. (pro ē.)
 (4) committiturtum C. (5) aliquar[neum] C. aliqui sine La.
 (6) cum ea HIA. (7) in C. esse negligentia censet La.; certe Gaiana non fuit negligentia qua i ex e facta est. itaque nunc istam i ab edd. praeter La. seruatam mutauit. (8) q C. quia Dig.
 (9) n C. quam praestare adnot. Gö., sed fallitur; tamen HIA rec.
 (10) Gö. restituit litteras in C. exesas foraminibus.

D. de diu. temp. praeser. 44.3. item si is] Gai. L. 36. cit. § 1. i. f. L. 37. pr. eod. furtum enim et c.] Vid. etiam infra 3. 197. ibiq. cit. ll. aliis quoque modis] § 6. L. cit. cf. cit. L. 36. pr. D. Vid. § 10. I. tit. cit. Paul. L. 4. D. pro legato 41. 8. S. R. 5. 2. § 5. L. 1. C. de praeser. l. t. x uel xx ann. 7. 33. Pap. L. 57. D. mandati 17. 1. § 51. L. 37. D. cit. § 1. Cf. § 7. I. tit. cit. Vid. De omni agro deserto: (Th. C. 5. 15.) Iust. C. 11. 58. Iustinian. L. 11. C. unde ui 8. 4. Ulp. L. 15. § 21. D. de damno inf. 39. 2. L. 6. § 1. Paul. L. 3. § 11. D. de A. u. A. P. 41. 2. Ulp. L. 1. § 25. D. de ui 43. 16. L. 1. § 15. D. si is qui test. 47. 4. Nouell. 119. c. 7. furt. fund. fieri posse] Cf. Gai. L. 38. i. f. D. h. t. 41. 3. Ulp. L. 25. pr. D. de furt. 47. 2. contra Sabinum ap. Gell. 11. 18. 13. (fundi quoque et aedium fieri furtum: Sabinus de furtis.) et uid. etiam Ulp. L. 52. § 8. Alf. L. 57. D. de furtis.

fidei possessori ad usucapionem nocet, cum inprobata sit eorum sententia, qui putauerint furtiuum fundum fieri posse. Rursus ex contrario accidit, ut qui sciat alienam rem se possidere, usu capiat, uelut si rem hereditariam, cuius possessionem heres nondum nactus est, aliquis possiderit; nam ei concessum est usucapere, si modo ea res est quae recipit usu capionem. quae species possessionis et usu capionis pro herede uocatur. Et in tantum haec usu capio concessa est, ut et res quae solo continentur, anno usu capiuntur. quare autem etiam hoc casu soli rerum annua constituta sit usucapio, illa ratio est, quod omnium rerum hereditarium possessione uelut ipsae hereditates usu capi credebantur, scilicet anno: lex enim XII tabularum soli quidem res biennio usu capi iussit, ceteras uero anno; ergo hereditas in ceteris rebus uidebatur esse, quia soli non est, quia neque corporalis est: [et] quamuis postea creditum sit ipsas hereditates usu capi non posse, tamen in omnibus rebus hereditariis, etiam quae solo te-

- (1) nocetur inprobata C. (2) possiderit C. quod perf. uerbi possidere [possiderit] nunc retinui (cf. Gesner. Thes. u. Possideo § 3. Forcellini u. Consido §. paenult. ed. Schneeb.) edd.: possederit
 (3) concessum capere C. (concessu eucapere) (4) uacatur C. (5) hoc casu etiam Gö. 1. 2. contra codicis fidem. (6) possessiones ut C. (pro eunt) possessiones ut Gö. 1. (7) ita Hefft. La. Gö. 3. edd. m. 2. sqq. HIA. quamuis [autem] Gö. 1. 2. (8) teneantur C. Gö. et ed. m. 2. La. correxit.

§ 52. Cf. 3. 201. Vid. Pomp. L. 29. Iulian. L. 31. § 1. D. de usurp. 41. 3. Plin. ep. 5. 1. 10. et supra § 9. i. f. infra § 57. cuius poss.] Vid. Cic. top. 6. 29. (possessione retenta). Iau. L. 23. pr. D. de A. u. A. P. 41. 2. si modo ea res est] Vid. supra §§ 45. sqq. usuc. pro herede] Vid. etiam Dig. Pro herede 41. 5. Cod. De usuc. pro herede 7. 29. §§ 53. 54. Vid. Cic. ad § 47. cit. et ad § 42. cit. ll. Senec. de benef. 6. 5. 3. (Ictorum istae ineptiae sunt acutae, qui hereditatem negant usu capi posse, sed ea quae in hereditate sunt: tamquam quidquam aliud sit hereditas quam ea quae in hereditate sunt).

§55. n|entur, annua usu capio remansit. Quare autem omni-
no tam improba possessio et usu capio concessa | sit, illa 12
ratio est, quod uoluerunt ueteres maturius | hereditates 14
adiri, ut essent qui sacra facerent, quorum | illis tempori-
bus summa obseruatio fuit, ¹et ut | creditores haberent, a 16
§56. quo suum consequerentur. Haec autem species pos-
sessionis, et usu capio nis etiam lucratiua uocatur: nam 18
§57. sciens quisque rem | alienam lucri facit. | sed hoc tem- 20
pore ²etiam non est lucratiua: nam ex ³auctoritate diui Ha-
driani senatus consultum factum est, | ut tales usu capiones 22
reuocarentur; et ideo potest heres ab eo qui rem usu ce-
pit, hereditatem petendo perinde eam rem consequi, atque
§58. si usu capta non esset. ⁴et || necessario tamen herede ex- 68.
§59. tante ipso iure | pro herede usu capi potest. | Athue 102b.
etiam ex aliis causis sciens quisque rem a|alienam usu capit: 4
nam qui rem alicui fiduciae cau|sa mancipio dederit uel in
iure cesserit, si eandem | ipse possederit, potest usu capere, 6
anno ⁵scilicet, etiam | soli si sit. quae species usu capionis
dicitur usu receptio, quia id quod aliquando habuimus, re-

(1) ulet C. (2) iam uoluit Schopen et rec. HIA, ut et ex prae-
cedenti e per errorem enatum esse uideretur. etiam temptari non
debuisset adnotat La.: lucratiuam esse aut necessario herede extante
aut uoluntario non petente. (3) hauctoritatem C. Dedi nune
c. HIA: auctoritate diui. (4) Gō. dedit: Set Unterh. et Puehta
(cf. *Instit.* 2. § 239. not. ff) ueram scripturam, ab La. etiam ac me-
met ipso reuocatam defendunt. et ex praeced. esset enatum cum
§i signo omitti uult Buchh. at caue legas. (5) scilicet | soli C.
La. explicat scilic. et. | soli deditque quod recepi. scilicet, (etiam) HIA.

§ 55. Vid. Cic. de LL. 2.19. sqq. pro Mur. 12. Fest. ad § 1. sup. cit. Paul.
S.R. 4.3. § 3. § 56. Vid. Iulian. L. 2. § 1. D. pro her. 41.5. Id. cit. L. 33. § 1. D.
de usurpationib. 41.3. § 57. cf. L. 4. C. in quib. casib. cess. l. t. praeser.
7.34. Vid. Antonin. L. 1. C. de usue. pro her. 7.29. non est lucratiua] cf. Iul.
L. 33. § 1. D. de usurp. 41.3. Ulp. L. 11. pr. D. de H.P. 5.3. § 58. Vid. 3.201.
Dioel. et Max. L. 2. C. tit. cit. 7.29. Cic. Top. 6.29. med. Plin. epist. 5.1.
§ 59. Vid. Isidor. Or. 5.25.23.30. Cic. pro Flacc. 21.51. dederit] cf.
Paul. S.R. 2.13. § 6. 3. 6. § 16. 5.1 § 1.

cipimus per usu | capionem. Set cum fiducia 'contra- §60.
10 hitur aut cum creditore | pignoris iure, aut cum amico, ²quod
tutius nostrae res aput eum | essent, siquidem cum amico
12 contracta sit fiducia, | sane omnimodo competit ³usus re-
ceptio; si uero cum cre|ditore, soluta quidem pecunia omni
14 modo competit, non| dum uero ⁴soluta ita demum competit,
si neque conduxe|rit eam rem a creditore debitor, neque
16 precario rogauerit, ut eam rem possidere liceret; quo casu
18 lu|cratiua ⁵usus capio competit. | Item si rem obligatam §61.
sibi populus uendiderit, e|aque dominus possiderit, concessa
20 est ⁶usus receptio: sed hoc casu praedium biennio usu re-
cipitur: et | hoc est quod uolgo dicitur, ex 'praediatura
22 possessionem ⁷usu re|cipi: nam qui mercatur a populo, ⁸prae-
diator appellatur.

* §§ 62...64. Codicis pag. 68. v. 23. usque ad pag. 69. v. 13. init.
vide sub loco infra post § 79., ante § 80.

(1) contra|atur HIA. (2) quo uult Huschk. sed id quod suo
quo exprimi uoluit, Latine etiam uocabulo quod exprimitur. HIA
ded. ut nos, sed malle se quo et tum sint adnot. (3) ita C. recte.
usureceptio edd. cf. not. 5. (4) solutiua C. (5) usuca-
pio edd. sed cf. Gell. N. A. 7.10. Vat. Fgm. §§ 12.111. Ulp. L. 1.
§ 2. D. pro dote 41.9. et saepius in Florentino Digestorum codice.
(6) possederit edd. cf. § 52. (7) p'dia|a C. (8) usurecipi
C. sec. Bl. (9) Potest ut praediator legendum sit: praedia,
praediator

* Quod G. E. Heimbachius (*Ueb. Ulp. Frgmente. Lpz. 1834. p. 34.*
sq.) exposuit, locum qui est in C. Veron. p. 68. v. 23. usq. ad p. 69.
v. 13. init., perperam ibi positum collocandumque esse post tracta-
tum de naturalibus acquisitionibus (inter §§ 79. et 80. edd. libror),

§ 60. Vid. Boeth. in Top. c. 10. (Baiter. p. 340.) infra 3.201. 2.220. 4.33.
Isidor. cit. § 23. quod tutius] Vid. Cic. de off. 3.17.70. si uero cum cred.]
Vid. Paul. S.R. 2.13. § 3. sqq. § 61. Vid. rubricam L. 54. D. de I.D.
23.3. („Gaius ad Edict. Praetoris urb. tit. De Praediatoribus“) et
infra 4.28. Varro de L.L. 5.40. 6.74. ed. Müll. Cic. ad Att. 12.14. et 17.
pro Balb. 20. init. et pro Flacco ad § 27. supra cit. Suet. Claud. 9. Val.
Max. 8.12.1. Fest. u. Manceps, Praes, Compraedes. Pseudo-Ascon.
in Verr. 2.1.54. § 142. (p. 196. Bait.) Schol. Bob. in Cic. or. pro Flacc. l. c. (ed.

§65. Ergo ex his quae diximus, adparet quaedam naturali iure alienari, qualia sunt | ea quae traditione alienantur; 15 quaedam ciuili, nam | mancipationis et in iure cessionis et 16 usu capionis | ius proprium est ciuium Romanorum.

§66. Nec tamen ea tantum quae traditione nostra fiunt, | na- 18

id denuo perpensis rationibus adhuc inmerito me negasse libenter fateor. Duo Heimbachi argumenta sunt, unum (si his uerbis uti licet) systematicum, diplomaticum alterum. de illo nunc uideo me errasse, cum ed. m. 3. adnotarem, ab initio alium atque Inst. Institutionum compositores huius tractatus ordinem Gaium secutum esse; unde tabulas syst. huic quoque ed. adiectas in hoc loco nunc correxerim. alterum autem argumentum ('*offenbar ist eine Versetzung einzelner Blätter Schuld daran, dass wir eine so auffallende Ungereimtheit noch in den neuesten Ausgaben des Caius haben*') etiam nunc celerius factum dictumque esse arbitror: uix enim quattuordecim codicis Ver. uersiculos totum antiquioris codicis folium expleuisse, multoque facilius librarii Veronensis eum fuisse crediderim errorem, ut somnulosus homo illos 14 uersus unius diei sessionisue pensum intempesium faceret, deinde cum nouum a § 65. inciperet, ordinis perturbationem non animaduertit, cum praesertim et § 61. et § 64. syllabis atur finiretur. Cur autem cum ad nouum pensum, rubricam dico p. 73. v. 7. (qui uersus ut praecedens possunt i. f. habet), uenisset, errorem ab se admissum non corrigeret, praeter singularem hominis socordiam explicationem nullam habeo, nisi forte numerus iiii. illi rubricae praepositus pro eiusmodi indicio fuerit: nam hanc ipsam rubricam quartam secundi commentarii in ipso antiquiore codice fuisse uix credas. Ut ut est, uerus ordo in textu restituendus Heimbachique manes meo 'nollem factum' placandi erant.

(1) §§ 19...61.

Orell. tom. 5. part. 2. pag. 244.) Gloss. Philoxeni u. Praediator. (*ἀντι-
τις ἐπαγογόνων*). item Aes Malacitan. c. 65. (Quos praedes quaeque
praedia, quosque cognitores ... uendiderint et c.) c. Momms. interp.
p. 466. sqq. uid. etiam Gell. N.A. 16.10.11. (res pecuniaeque familiaris
opsidis uicem pignerisque esse apud rem p. uidebatur). § 65. Cf.
§ 11. I. de rer. diu. 2.1. Gai. L. 1. pr. D. de A.R.D. 41.1. Vid. Boeth. in Top.
5.28. (Baier. p. 321.) Ulp. 19.4. Cic. de off. 1.12. traditione] Vid. §§ 19.20.
et seq. Gai. L. 9. § 3. D. de A.R.D. mancipationis] Vid. supra 1.119.113.
et 2. 22. 23. in iure cessionis] Vid. supra §§ 41. sqq.

§ 66. Cf. § 12. I. tit. cit. Gai. L. 1. D. § 1. L. 3. pr. D. tit. cit. 41.1. Vid.
Paul. L. 1. § 1. L. 3. § 21. D. de adq. u. am. poss. 41.2. cum L. 9. § 5. D. de usufr.
7.1. L. 12. § 12.13. D. de instr. legato 33.7. et L. 16. D. de S.P.R.S. 3. tra-
ditione] Vid. §§ 19.20.65. et §§ 40.41. I. tit. cit. 2.1. occupando] Vid. Gai.

20 turali nobis ratione acquiruntur, sed etiam 'quae | occupan-
do 'ideo nostra fecerimus, quia antea nullius essent, qua-
22 lia sunt omnia quae terra, 3mari, coelo | capiuntur. itaque §67.
si 'feram bestiam aut uolucrem aut pis|cem 3ceperimus, quid-
quid ita captum fuerit, continuo | nostrum fit, et eo usque no-
70. strum esse intellegitur, || donec nostra custodia coerceatur;
85b. cum uero custo|diam nostram euaserit et in naturalem 6liber-
4 tatem se receperit, rursus occupantis fit, quia 'nostrum esse
desinit: naturalem autem libertatem re|cipere uidetur, cum
6 aut oculos nostros euaserit, | aut licet 3in conspectu sit no-
stro, difficilis tamen 3cius | rei persecutio sit. In iis §68.
8 autem animalibus quae ex con|suetudine abire et redire so-
lent, ueluti columbis | et apibus, item ceruis qui in siluas

(1) u C. (2) ideo adquisierimus ex Gö. con. recepp. La. 1841.
et edd. m. 2. 3.; propius ad ductus Sch. accedit quod simul uolui-
mus Hschk. et ego. (3) mari que coelo C. La. corr.: caelo
(4) cera uestiam C. (5) Non nisi captum et eo usque recepit Gö.
Post La. edd. m. 2. 3. recepi (quod Gn. secutus est): ceperimus,
quidquid ita captum fuerit, id statim | nostrum fit, et eo usque Quae
sic mutari uult Hschk. et ded. HIA: cepimus simul atq. captum hoc
animal est, ptinus nostr. (protinus nostrum) etc. in quo et animal et
protinus displicent. ed. 4. dedi: (ceperimus, iure gentium id quod ita)
captum fuerit, statim | De continuo cf. 2. 204. ceperimu Gö. iam in
primis schedis habuit. Inst. habent: „Ferae igitur bestiae et uolu-
cres et pisces, id est omnia animalia quae in terra mari caelo nascun-
tur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius
esse incipiunt. quod enim antea nullius est, id naturali ratione oc-
cupanti conceditur”. (6) se libertatem se C. (7) nostra C.
(8) an C. (9) Hschk. ex u C. fecit ei” Gö. 1. 2.: sit | r. p. (omisso
sq. sit) ut Inst. habent. rei HIA ut intolerabile eiecit, in sqq. quo-
que mira librarii consilia sibi fingens. mihi rei, si quis Latine scri-
bere uelit, fere necessarium uidetur.

L. 3. pr. D. de A. R. D. Pomp. L. 30. i. f. eod. item Ulp. L. 1. Pomp. L. 5.
§ 1. D. pro derelicto 41.7. § 67. Cf. cit. § 12. I. et L. 1. § 1. L. 3. § 2. cum
eiusd. Gai. L. 5. pr. D. tit. cit. 41.1. Vid. Ner. L. 14. pr. Ulp. L. 44. D. eod.
Paul. L. 3. § 13...16. D. de A. u. A. P. 41.2. Pomp. L. 37. D. de furtis 47.2.
Iunenat. sat. 4.50. sqq. § 68. Cf. cit. L. 5. D. § 5. cum §§ 2...4. 6.
eiusd. L. et § 15. I. tit. cit. 2.1. e. Theophil. Vid. Pomp. ap. Ulp. L. 8. § 1.

ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut si reuertendi animum habere desierint, etiam nostra esse desinant et fiant occupantium: reuertendi autem animum uidentur desinere habere, cum reuertendi consuetudinem deseruerint. Ea quoque quae ex hostibus capiuntur, naturali ratione nostra fiant. Sed et id quod per alluionem nobis adicitur, eodem iure nostrum fit: per alluionem autem id uidetur adici quod ita paulatim flumen agro nostro adicit, ut aestimare non possimus quantum quoquo momento temporis adiciatur: hoc est quod uolgo dicitur, per adluuionem id adici uideri quod ita paulatim adicitur, ut oculos nostros fallat. Quod si flumen partem aliquam ex tuo praedio detraxerit et ad meum praedium attulerit, haec pars tua maneat. At si in medio flumine insula nata sit, haec eorum omnium communis est qui ab utraque parte fluminis prope ripam praedia

- (1) desieruerint: C. (2) ita uidetur adici q. ita C. id omis. Gō. 1. 2.
 (3) dicit C. (4) (et) ins. HIA (5) quuolgo C. (6) fallatur C.
 (7) attulerit C. (8) ad C. (9) communē C.

D. fam. ere. 10. 2. Pomp. L. 37. D. de furt. 47. 2. Cels. in Collat. 12. 7. § 10. cum Ulp. L. 27. § 12. L. 49. pr. D. ad L. Aquil. 9. 2. item Pap. L. 47. i. f. D. de A. R. D. § 69. Cf. § 17. I. tit. cit. L. 5. D. cit. § 7. et infra 4. 16. i. f. ibiq. eitt. II. Vid. eitt. L. 1. § 1. L. 3. § 21. D. de A. n. A. P. 41. 2. Cels. L. 51. § 1. eod. hostib. Vid. Ulp. L. 24. D. de captiuis 49. 14. Pomp. et Gai. LL. 118. 234. pr. D. de V. S. 50. 16.
 § 70. Cf. Gai. L. 7. § 1. D. de A. R. D. 41. 1. § 20. I. de rer. diu. 2. 1. Vid. LL. 12. pr. 16. 30. § 3. LL. 38. 56. pr. D. eod. De alluionibus: Cod. 7. 41. Nouell. Theod. II. tit. 20. p. 75. sqq. ed. Haen. Agrimensores ex ed. La. p. 16. 49. sqq. § 2. sqq. 124. sq. Isidor. Or. 14. 8. 12. 15. 13. 10. (Alluuium. Alluuius ager.) c. Cic. de or. 1. 38. 173. (alluuium, circumluuium). Paul. S. R. 3. 6. § 22. c. Ulp. L. 9. § 4. Pap. L. 33. i. f. D. de usufr. 7. 1. Marci. L. 16. pr. D. de pign. et hyp. 20. 1. Pap. L. 64. § 2. D. de euictionib. 21. 2. Pomp. L. 24. § 2. D. de leg. 1. 30. L. 3. § 2. D. de aqua cott. 43. 20. § 71. Cf. eitt. L. 7. D. § 2. et § 21. I. tit. cit. 21. Vid. Ulp. L. 4. § 2. D. de R. C. 12. 1. (Ea quae ui fluminum importata sunt, condici possunt). Agrimens. II. eitt. § 72. Cf. eitt. L. 7. D. § 3. et § 22. I. tit. cit. Vid. Paul. L. 29. Pomp. L. 30. pr. § 2. Lab. L. 65. § 1. sqq. D. eod. Ulp. L. 1. § 6. cf. § 7. D. de fluminib.

possident; si uero non sit in medio flumine, ad eos pertinet qui ab ea parte quae proxima est, iuxta ripam praedia habent. Praeterea id quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est, quamuis ille suo nomine aedificauerit, iure naturali nostrum fit, quia superficies solo cedit. Multoque magis id accedit et in planta quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit. Idem contingit et in frumento quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit. Sed si ab eo petamus fundum uel aedificium, et in pensas in aedificium uel in seminaria uel in sementem factas ei soluere nolimus, poterit nos per exceptionem doli mali repellere, utique si bonae fidei possessor fuerit. Eadem ratione probatum est, quod in chartulis siue membranibus meis aliquis scripserit, licet aureis

- (1) p'sident C. (2) quille C. (3) ceditur C. (4) p'mto C.
 (5) fructum C. et edd. ante Hschk. et ipse Gn. quamuis de Hschkii emendatione adnotaret, male retinuit fructum. Ed. m. 4. et HIA: fundum * (6) mali casu excidit ex edd. m. 3. 4.

43. 12. et cit. L. 9. § 4. D. de usufr. Afr. L. 26. § 4. D. de exc. rei ind. 44. 2. item Agrimens. eitt. § 73. Cf. Gai. epit. 2. 1. § 4. Vid. Id. cit. L. 7. D. § 12. § § 30. 29. I. de rer. diu. 2. 1. et L. 2. D. de superficie 43. 18. Ulp. L. 3. § 7. D. uti possid. 43. 17. L. 28. cf. LL. 41. 60. D. de A. R. D. LL. 37. 38. D. de R. V. 6. 1. Iulian. L. 33. D. de cond. ind. 12. 6. L. 31. § 2. D. de donatt. i. n. et ux. 24. 1. L. 2. Greg. Cod. de R. V. 3. 2. LL. 2. 16. C. de R. V. 3. 32. L. 5. C. de aedif. priu. 8. 10. med. Vid. etiam Iul. L. 61. i. f. D. de R. V. 6. 1. § 74. Cf. eitt. Gai. epit. 2. 1. § 4. L. 7. D. § 13. et § 31. I. tit. cit. Vid. § 21. I. eod. Paul. L. 26. § 2. Pomp. L. 30. § 1. D. eod. 41. 1. Ulp. L. 5. § 3. D. de R. V. 6. 1. L. 9. § 2. D. de damn. inf. 39. 2. Gord. L. 1. Greg. C. de R. V. 3. 2. Diocl. et Max. L. 11. C. eod. 3. 32. Pomp. L. 40. D. de A. E. et V. 19. 1. L. 6. § 2. D. arbor. furtim caesarum 47. 7. item Paul. L. 19. pr. D. comm. diuidendo 10. 3. L. 83. D. pro soc. 17. 2. Iul. L. 25. pr. D. de usur. 22. 1. et Venul. L. 22. pr. D. quod ui autelam 43. 24. § 75. Cf. eitt. Gai. epit. § 4. L. 9. pr. D. de A. R. D. 41. 1. et § 32. I. tit. cit. 2. 1. Vid. eitt. L. 11. C. de R. V. 3. 32. Pomp. L. 53. D. de R. V. 6. 1. cit. L. 25. D. de usuris.
 § 76. Cf. Gai. epit. 2. 1. § 6. § § 30. 32. I. tit. cit. 2. 1. c. Theoph. eitt. L. 9. pr. L. 7. § 12. D. de A. R. D. Vid. eitt. LL. 37. 38. D. 6. 1. L. 33. D. 12. 6. Paul. L. 14. D. de doli mali exc. 44. 4. eitt. L. 2. Greg. C. 3. 2. L. 16. C. 3. 32. L. 5. C. 8. 10. § 77. Cf. eitt. Gai. epit. § § 4. 6. L. 9. D. § 1. et § 33. I. tit. cit. 2. 1. Vid. Paul. L. 23. § 3. D. de R. V. 6. 1. Ulp. L. 3. § 14. D. ad

litteris, meum esse, quia litterae chartulis siue membranis
cedunt: itaque si eos libros easque membranas petam,
nec impensam scripturae solvam, per exceptionem doli
§ 78. mali summoueri potero. sed si in tabula mea ali-
quis pinxerit uelut imaginem, contra probatur: magis enim
dicitur tabulam picturae cedere; cuius diuersitatis
nix idonea ratio redditur: cer te secundum hanc regulam si
me possidente petas imaginem tuam esse, nec soluas pre-
tium tabulae, poteris per exceptionem doli mali summo-
ueri; at si tu possideas consequens est ut utilis mihi actio
aduersum te dari debeat; quo casu nisi solvam impensam
picturae, poteris me per exceptionem doli mali repellere, s-
utique si bonae fidei possessor fueris. illud palam est,
quod siue tu subripuisses tabulam siue alius, competit
mihi furti actio.

§ 79. In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiritur:
proinde si ex uinis [aut oliuis aut spicis] meis uinum aut
oleum aut frumentum feceris, quaeritur utrum meum sit
id uinum aut oleum aut frumentum, an tuum. item si ex
auro aut argento meo uas aliquod feceris, aut ex meis

(1) litteras chartulis et paullo post cedunt et libros C. (2) at ae-
que HIA (3) isi in C. (4) imaginem C. (5) ce te C.
(6) praetium tabulae C. (7) debet C. (8) hfc. quod sine
bona fide (ut ed. m. 4.) siue bonae fidei (ut alii edd.) resoluas, tam di-
plomaticae quam grammaticae h. l. nihil interest. Cum autem bonae
fidei possessor librarius, ubi uerba omnibus suis litteris scripsit,
habeat, ego quoque nunc ita dedi. (9) subripuisse C.
(10) requirit C. [idem] requirit Gö. 1. Brinkm. corr. (11) e Dig.
(12) argumento C.

exhib. 10.4. § 78. Cf. L. 9. D. cit. § 2. § 34. I. tit. cit. 2. 1. cum Theoph.
sed uid. Gai. epit. l. e. et cit. L. 23. § 3. D. 6. 1. furti act. Vid. 3. 203.
§ 79. Cf. L. 7. D. cit. § 7. § 25. 26. i. f. I. tit. cit. 2. 1. Gai. epit. 2. 1. § 5.
Vid. Ulp. L. 9. § 3. Paul. L. 12. § 3. D. ad exhib. 10.4. L. 78. § 4. L. 88. D. de
legat. III. 32. Senec. epist. 65. 2. sq. Marcell. L. 6. § 1. D. de aur. arg. 34. 2.
Ulp. L. 13. § 1. D. de V. S. 50. 16. si ex... spicis Vid. cit. L. 7. § 7. D. 41. 1.
contra cit. § 25. I. 2. 2. ex auro arg. Vid. Call. L. 12. § 1. Paul. L. 21. D.

tabulis nauem aut armarium aut subsellium fabricaueris;
item si ex lana mea uestimentum feceris, uel si ex uino et
melle meo mulsum feceris, siue ex medicamentis meis em-
plastrum aut collyrium feceris, [quaeritur utrum tuum sit
id quod ex meo effeceris.] an meum: quidam materiam et
substantiam spectandam esse putant, id est ut cuius ma-
teria sit, illius et res quae facta sit, uideatur esse, id-
que maxime placuit Sabino et Cassio; alii uero eius rem
esse putant, qui fecerit, idque maxime diuersae scholae
73. auctoribus uisum est: sed eum quoque cuius materia et
substantia fuerit, furti aduersus eum qui subripuerit, ha-
bere actionem; nec minus aduersus eundem conditionem
ei competere, quia extinctae res, licet uindicari non pos-
sint, condici tamen furibus et quibusdam aliis possessori-
bus possunt.

68. Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alienandae rei § 62.
potestatem non habeat, et qui dominus non sit, alienare
possit: nam dotale praedium maritus inuita muliere § 63.
85 a. per legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis ipsius sit

(1) collirium C. (2) [quaeritur] an meum [sit]. edd. set audacior est
sumptio bis quam semel, idque propter δυοιστολέτωρ, aliquid omi-
sisse librarium; itaque L. secutus sum, ut edd. m. 2. sqq. (3) fuit C.
(4) qui extincta res... possit cond... possunt. C. (5) Hue pertinet quae
est in Inst. Inst. 2. 8. rubrica QVIBVS ALIENARE LICET VEL NON.
(6) alienare quis C.

de A. R. D. 41. 1. Ulp. L. 10. § 5. D. quib. mod. usus. fin. 7. 4. ex meis ta-
bulis Vid. Paul. L. 26. D. de A. R. D. L. 15. § 3. D. de pign. act. 13. 7. ex
lana mea Vid. Pomp. L. 29. § 1. D. de don. i. u. et ux. 24. 1. Ulp. L. 44. § 2. D.
de legat. 1. 30. ex uino et melle Vid. Ulp. L. 5. § 1. D. de R. V. 6. 1. ex me-
dicamentis Vid. Pomp. L. 27. § 1. D. de A. R. D. sed eum quoq. et c. Vid.
Ulp. p. L. 52. § 14. D. de furt. 47. 2. nec minus et c. Vid. infra 4. 4. et Theo-
phil. ad cit. § 25. I. 2. 1. § 2. I. quib. al. 2. 8. Ulp. L. 4. § 1. Afr. L. 23. D. de
R. C. 12. 1. Ulp. L. 1. § 3. D. de cond. sine causa 12. 7. L. 22. § 2. D. de pign.
act. 13. 7. L. 9. § 3. D. de I. D. 23. 3. L. 46. pr. D. de furtis 47. 2.

§ 62. Pr. I. quibus alienare licet uel non 2. 8. Vid. Senec. de be-
nef. 7. 12. Ulp. L. 46. D. de A. R. D. 41. 1. § 63. Pr. I. cit. Cf. Paul.
S. R. 2. 21 B. § 2. Vid. De fundo dotali: Dig. 23. 5. Cod. 5. 23. passim,

uel mancipatum ei dotis causa uel in iure cessum | uel usu
captum. quod quidem ius utrum ad Italica tantum | prae-
dia, an etiam ad prouincialia pertineat, dubitatur.

§64. Ex diuerso agnatus furiosi curator rem furiosi alienare po-
test ex lege XII tabularum, item procurator ^{id} cuius libera
administratio ei data est; item creditor ^{pignus} ex | pa-
tione, quamuis eius ea res non sit. sed hoc forsitan | ideo
uideatur fieri, quod uoluntate debitoris intellegitur pignus
alienari, qui ^{olim} pactus est, ut liceat creditori pignus
uendere, si pecunia non | soluatur.

III. DE PUPILLIS AN ALIQUID A SE ALIENARE POSSUNT. 73.

§80. Nunc admonendi sumus neque feminam neque | pupillum

(1) La. dedit: id, | ----- est; Videntur illis ductibus
haec uerba significari: scilicet si libera fuit eius administratio, aut:
id est cui libera rei administratio permessa est, aut simile quid. po-
sterius probat Buchh., recepit Gn. Cf. § 43. I. et L. 9. § 4. D. eitt.
Post publicatam ed. 4. quae praeter id La. sequitur, scripsi: id | ^{cu}
^{lura} administr. ei data e, quocum nunc in posteriore parte HIA con-
sentit, qui dedit: rem eius | a quo rerum ei administratio data est
(r.e) aq rer. ei admi. data e, referens ad L. 48. § 1. [ego et ad pr.
eius L.] D. de pecul. 15. 1. L. 58. D. de procur. 3. 3. (2) ^(?) pi-
gnus C. sed inter creditor et pignus nihil excidisse uidetur.

(3) Pro olim Inst. habent „ab initio contractus“, sed Theoph. ad h. §.:
Αλλά πάλαι μὲν οἱ ποδότηδες εἶχον τύπον τινα, καθ' ὃν ἐπέτε-
τροντο αὐτοῖς προοίσιον τὰς ἐπιθήκας 2. τ. 1. (4) Cf. pag.
89. sq. not. * (5) Gö. 1. 2. possint.

Paul. L. 16. D. de test. mil. 29. 1. Iustinian. L. un. § 15. C. de R. V. A. 5. 13.
[Vid. Bachofen. Ausg. Lehren. Bonn. 1848. n. 3.] ad Italica] Cf.
§ 27. et ibi. eitt. ll. § 64. ex lege XII t.] Vid. Cic. de inu. 2. 50. Auct.
ad Her. 1. 13. Ulp. 12. 2. (Dirksen 5. 8.) item proc.] Cf. § 43. I. de R. D.
2. 1. et Gai. L. 9. § 4. D. de A. R. D. 41. 1. Cic. pro Caec. 20. et L. 1. § 1. D. de
procur. 3. 2. [Bachofen, Pfdr. I. p. 193.] Vid. Mod. L. 63. D. de procur.
3. 3. Scaeu. L. 60. § 4. D. mandati 17. 1. item cr.] cf. § 1. I. tit. eitt. 2. s. Ulp.
L. 46. D. de A. R. D. 41. 1. L. 39. § 1. Gai. L. 40. D. de R. V. 6. 1. Vid. Paul.
S. R. 2. 5. § 1. De distractione pignorum: Dig. 20. 5. Cod. 8. 28. Isi-
dor. Or. 5. 25. 22. olim pactus] cf. § 1. I. cit. e. Theoph. Vid. Ulp. L. 4. D.
de pign. act. 13. 7. Scaeu. L. 14. § 5. D. de diu. temp. praeser. 44. 3.
§ 80... 85. Cf. § 2. I. quib. al. lic. 2. s. § 80. Vid. 1. 192. 2. 47. 85.
et ll. ibi. eitt. Ulp. 11. 27. Fgm. Vatic. § 1. 45. 259. Gai. L. 9. pr. § 11.

¹ sine tutoris auctoritate rem mancipi alienare posse; nec
¹⁰ mancipi uero feminam quidem posse, pupillum non | posse.
¹² ideoque si quando mulier mutuum pecuniam alicui sine §81.
tutoris auctoritate dederit, quia facit eam accipientis, cum
¹⁴ scilicet ² ea pecunia res nec mancipi sit, con|trahit obliga- §82.
tionem. at si pupillus idem fecerit, | quia ³ sine tutoris auctori-
¹⁶ tate pecuniam non facit accipientis, nullam | contrahit obligatio-
nem: unde pupillus uindicare quidem nummos suos potest, sic
¹⁸ ubi extent, id | est ⁴ intendere suos ex iure Quiritium esse,
mala uero fide consumptos | proinde ab eodem repetere po-
²⁰ test atque si possi|deret, ⁵ unde de pupillo quidem quaeritur
an ⁶ nummos | quoque quos mutuos dedit, ab eo qui accepit,
²² bona fide | ----- a se non ----- possit, quoniam -----

(1) sta C. sine tutore auctore Gö. 1. 2. (2) .. Gö. 1. ca uel ac
uel in C. sec. Bl. unde ea Gö. 2. et sqq. edd. Hschk. quasi uocabulo
ea significaretur non nisi mutuum pecuniam nec mancipi esse, illud
deleri uult (et deleuit HIA), ut sumatur in C. fuisse scilicet et poste-
riusque ex inuiti geminatione prioris enatum esse. Rectius quam
cum Hschk. quod sensum loci attinet diceret scilicet et ea; sed istius
argumenti a contrario uanus timor est. (3) eam pecuniam n. f.
accipientis edd. sed recte monet Hschk. sta pro eam supplendum
esse. quod ostendunt § 2. I. cit. et ipse Gaius seq. § 83. i. f.
(4) Hollw.: id est intendere suos ex iure Quiritium esse; mala fide
consumptos uero ab eodem repetere potest, quasi possideret. Priora
probat Hschk., posteriora sic formans: mala qq. fa (quoque fide)
consumptos p. inde (perinde) ab eodem r. p., atq. si possi|deret. unde &c.
Gö. prop.: id est, intendere ... mala uero fide consumptos ab eo, qui
accepit, repetere p. q. p. Ed. m. 4. lacunam indicaui. nunc Hollw.
et Gö. fere seentus sum cum HIA. (5) unde Gö. qui tum p. inde
Od. Mulleri probabat, quod La. et edd. m. 2. 3. dant. unde denuo
uult Hschk. (6) Cum Gö. 3. La. et edd. m. 2. 3.: nummos, quos
m. d., a. eo, q. accepit .. -- | nunc cum HIA quoque (qq) et,
quod Hollw. prop. bona fide recepi. (7) ----- a se non
asp -- q .. possit quoniam u. | aent r fatequien ... aret. C.

sq. D. de anet. tut. 26. s. § 81. facit eam acc.] Vid. infra 3. 90.
ibiq. eitt. ll. ea pec. res nec manc.] Vid. supra §§ 19. 20. § 82. Vid.
Ulp. cit. L. 9. pr. § 2. D. 26. s. Id. L. 8. pr. de A. u. O. H. 29. 2. L. 11. i. f. L. 14.
Iul. L. 19. § 1. D. de R. C. 12. 1. Paul. L. 32. pr. D. de A. u. A. P. 41. 2. Ulp. L.
14. i. f. D. de solutionib. 46. 3.

§83. ————aret. | ¹at ex contrario res tam mancipi quam nec mancipi mulieribus || et pupillis sine tutoris auctoritate solui possunt, quoniam meliorem | condicionem suam facere iis etiam sine tutoris auctoritate concessum est.

§84. itaque si debitor pecuniam pupillo soluat, facit quidem pecuniam pupilli, sed ipse non liberatur, quia nullam obligationem pupillus sine tutoris auctoritate | dissolvere potest, quia nullius rei alienatio ei sine tutoris auctoritate | concessa est; set tamen si ex ea pecunia locupletior | factus sit, et adhuc petat, per exceptionem doli mali summoueri | potest.

§85. mulieri uero etiam sine tutoris auctoritate recte solui potest: nam | qui soluit, liberatur obligatione, quia res nec mancipi, ut proxime² diximus, a se dimittere mulier et sine tutoris auctoritate potest: quamquam | hoc ita est si accipiat pecuniam; ³at si non accipiat, set ⁴ | habere se dicat et per acceptilationem uelit debito|rem sine tutoris auctoritate liberare, non potest.

§86. Adquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, |

Hollw. prop.: | *consumptos petere (uel condicere) possit* ————.

Hschk.: | *alienatos petere possit, quoniam is scilicet accipientis eos nummos facere uidetur.* HIA: *alii rursus alienatos petere possit, quoniam is per hoc uideatur locupletior factus quod alienaret.*

(1) Cum Gö. et HIA nunc suppleui. Cf. § 2. I. cit. „at ex contrario omnes res pupillo uel pupillae sine tut. auct. recte dari possunt“ quod dari Gö. in merito uerbo *solui* praeferebat. (2) § 80. (3) ad C.

(4) [*acceptam*] ins. Gö. 1. 2. inutiliter. (5) Rubricae PER QVAS PERSONAS NOBIS ADQUIRITVR proprius uersus relictus non est a librario.

§ 83. Cf. cit. § 2. I. et pr. I. de auct. tut. 1. 21. Vid. Ulp. L. 5. § 1. D. de auct. tut. 26. 8. Paul. cit. L. 32. D. 41. 2. i. f. Vid. etiam Iustinian. L. 25. C. de admin. tut. 5. 37. § 84. Cf. Theoph. ad cit. § 2. I. quib. al. lic. 2. 5. Vid. Cic. Top. 11. init. et ad §§ 2. 83. c. it. l. item 3. 107. Paul. L. 15. D. de solutionibus 46. 3. § 85. Cf. 3. 171. Vid. Cic. l. c.

§ 86. L. 10. pr. D. de A. R. D. 41. 1. (*Gai. lib. 2. Instit.*) Pr. I. per quas pers. nob. adq. 2. 9. Cf. Ul. 19. 18. Gai. epit. 2. 1. § 7. Vid. supra 1. 52. i. f. infra h. C. §§ 90. 95. 98. 3. 163. sq. et ibi c. it. Paul. S. R. 5. 8. Pr. I. per quas pers. oblig. adq. 3. 28. Dosith. de m. miss. § 5 (7). Gai. L. 6. § 2. D.

16 sed etiam per eos quos in potestate, manu mancipio|ue habemus; item per eos seruos in quibus usum *fructum* habemus; item per homines liberos et seruos alienos | quos bona fide possidemus: de quibus singulis diligenter | dispiciamus. | Igitur [*quod*] liberi nostri quos in potestate §87. habemus, | item quod serui [*nostr*]i mancipio accipiunt uel ex traditione | nanciscuntur, siue quid stipulentur, uel ex aliqua|libet causa adquirunt, id nobis acquiritur: ^{75.} ipse enim || qui in potestate nostra est, nihil suum habere potest; ^{86. a.} et ideo si heres institutus sit, nisi nostro iussu hereditatem | adire non potest; et si iubentibus nobis adierit, hereditatem | nobis acquirit proinde atque si nos ipsi here|des instituti essemus; et conuenienter scilicet legatum | per eos nobis acquiritur: dum tamen sciamus, si alterius | in bonis sit seruus, §88. alterius ex iure Quiritium, ex omnibus causis | ei soli ³per eum adquiri, cuius in bonis est. Non solum | autem pro- §89.

(1) *aliqua* qualibet causa adquirant Gö. 1. *aliqua* q. l. c. adquirant Gö. 2. *aliqua* libet c. adquirant HIA. (2) *ipse enim* C. sec. Gö. unde hic is enim. sed *ipse* enim Bl. Inst. et sec. Hal. Dig.: *ipse enim* seruus qui. (3) *pro eum adq. r' cuius in bonis* C.

de usufr. 7. 1. Afr. L. 41. i. f. D. de R. C. 12. 1. Ulp. L. 79. D. de A. n. O. H. 29. 2. Mod. L. 53. D. de A. R. D. 41. 1. Pap. L. 149. pr. D. de A. n. A. P. 41. 2. Cod. Per quas personas nobis acquiritur 4. 27. Sed uide etiam infra 3. 114. § 87. L. 10. D. cit. § 1. et § 3. I. tit. cit. Cf. infra § 96. 3. 167. Cic. ad Att. 13. 50. 2. Ulp. 19. 18. 19. Gai. epit. § 7. cit. Vid. Fgm. Vat. § 51. Ulp. L. 21. D. de usufr. 7. 1. siue Vat. Fgm. § 71. Gai. LL. 32. 45. Pomp. L. 21. pr. Ulp. LL. 17. sq. 33. Iul. LL. 37. 39. Mod. L. 54. § 4. Tryph. L. 63. D. de A. R. D. et ad § 89. c. it. l. Herm. L. 50. pr. D. de A. n. A. P. 41. 2. *nihil suum habere pot.* Cf. infra § 96. Ulp. 20. 10. cit. § 3. I. 2. 9. Fab. Aesop. 54. 18. Senec. de benef. 7. 4. 4. et ideo et c.] Vid. Ulp. L. 6. pr. L. 25. § 4. L. 79. D. de A. n. O. H. 29. 2. Maecian. L. 65. D. ad SC. Treb. 36. 1. et conuenienter et c.] Vid. Iul. L. 86. § 2. D. de legat. 1. 30. Ulp. cit. L. 33. pr. D. de A. R. D. § 88. Cf. Ulp. 19. 20. supra 1. 54. 3. 116. 2. 40. sq. Vid. Dosith. l. c. § 89. ad § 85. cit. L. 10. D. § 2. et § 3. I. cit. Vid. § 87. „ex traditione“. 4. 135. L. 1. § 5. sq. LL. 4. 15. 23. i. f. 24. 25. § 1. L. 44. § 1. L. 50. § 1. D. de A. n. A. P. 41. 2. unde etiam et c.] Vid. Mod. cit. L. 54. § 4. D. 41. 1. Paul. cit. L. 1. § 14. D. 41. 2.

prietas per eos quos in potestate habemus acquiruntur no-
bis, sed etiam possessio; cuius enim rei possessionem
adepti fuerint, id nos possidere videmur; unde etiam per
§ 90. eos usucapio procedit. Per eas vero personas quas
in manu mancipione habemus, proprietatem quidem acquiruntur
nobis ex omnibus causis sicut per eos qui in potestate
nostra sunt; an autem possessio acquiratur, quæri
§ 91. solet, quia ipsas non possidemus. De his autem servis
in quibus tantum usum fructum habemus, ita placuit, ut
quicquid ex re nostra vel ex operis suis acquirant, id nobis
acquiratur; quod vero extra eas causas, id ad domi-
num proprietatis pertineat: itaque si iste servus heres in-
stitutus sit legatumque quod ei datum fuerit, non mihi,
§ 92. sed domino proprietatis acquiratur. Idem placet de eo
qui a nobis bona fide possidetur, siue liber sit siue alie-
nus servus: quod enim placuit de usufructuario, idem
probatur etiam de bonae fidei possessore: itaque quod ex-
tra duas istas causas acquiratur, id vel ad ipsum pertinet,
§ 93. si liber est, vel ad dominum, si servus est. Sed si

(1) ipsa C. (2) acquirant La. HIA. (3) [persecuti sint] e Dig. ins. Gō. 1. 2. (4) proprietatis C. cum §. 14. contra suum morem librarius recte ppetas scripsisset. (5) bf C. (6) ita Inst. et Dig. sit C. quod La. 1842. restituit.

§ 90. Vid. § 86. et § 5. I. tit. cit. 2. 9. Paul. L. 126. § 2. D. de V. O. 45. 1. L. 38. § 1. D. de furt. 47. 2. quas in manu] Vid. Plaut. Cas. 2. 2. 29. Paul. in Fgm. Vat. § 115. quia ipsas] cf. § 94. Vid. Mod. L. 54. § 4. D. de A. R. D. § 91. cit. L. 10. D. § 3. et § 4. I. tit. cit. Cf. Gai. epit. § 7. cit. Ulp. 19. 21. et infra 3. 165. Vid. Vat. Fgm. § 71. 72. Ulp. LL. 21. 22. D. de usuf. 7. 1. Iul. L. 37. § 2. 5. Paul. L. 47. Tryph. L. 63. § 3. D. de A. R. D. Pap. L. 49. pr. D. de A. u. A. P. 41. 2. Pomp. L. 39. D. de stip. seru. 45. 3. § 92. cit. L. 10. D. § 4. et § 4. I. cit. Cf. Ulp. l. c. infra 3. 164. Vid. Pomp. cit. L. 39. D. 45. 3. LL. 19. 21. pr. Ulp. L. 23. § 2. 3. Iul. cit. L. 37. § 2. 5. Paul. L. 57. D. de A. R. D. L. 1. § 6. D. de A. u. A. P. 41. 2. item prob. etiam et c.] Vid. etiam LL. 22. 39. 40. 43. pr. 54. D. de A. R. D. L. 45. § 4. D. de A. u. O. H. 29. 2. L. 1. C. de R. V. 3. 32. § 93. cit. L. 16. D. § 5. et med. § 4. I. cit. usuf. uero et c.] Cf. Dioel. et Max. L. s. C. de usuf. 3. 33. quia

bonae fidei possessor usu cepit servum, quia eo modo dominus fit, ex omni causa per eum sibi acquirere potest. usu fructuarius vero usucapere non potest; primum quia non possidet, set habet ius utendi et fruendi; deinde quia scit alienum servum esse. De illo quaeritur, an per § 94. eum servum in quo usum fructum habemus, possidere aliquam rem et usucapere possimus, quia ipsum non possidemus. per eum vero quem bona fide possidemus, sine dubio et possidere et usucapere possimus. loquimur autem in utriusque persona secundum distinctionem quam proxime exposuimus, id est siquit ex re nostra vel ex operis suis acquirant, id nobis acquiratur. Ex his § 95. apparet per liberos homines quos neque iuri nostro subiectos habemus neque bona fide possidemus, item per alienos servos, in quibus neque usum fructum habemus neque iustam possessionem, nulla ex causa nobis acquiri posse. et hoc est quod dicitur, per extraneam personam nihil acquiri posse. — — — — — quaeritur, an per —

(1) bf C. (2) sic ad Inst. et Dig. suppl. Gō. (3) et eiecit HIA. (4) possimus edd. praeter m. 2. sqq. (5) distinction C. ex quo effecit distinctionem, neque vero repugnare, si quis legendum putet definitionem, ut plerique Inst. eodd. habent, adnot. Gō. (6) §§ 91. 92. (7) Verba id nob. adq. cit. § 4. Inst. non probari dubitat La. et sane pro glossemate habenda sunt, unde nunc uncis inclusi. (an) id n. acquiratur. HIA. (8) C. per errorem non nulla repetiit. (9) ex Inst. (10) „sic legendum esse conicio: excepta possessione; de ea enim quaeritur, an per liberam personam nobis acquiratur.“ Gō. quod in text. rec. Gn. HIA sic: excepto eo quod de possessione quaeritur et c.

non poss. Vid. Pomp. L. 1. § 8. Ulp. L. 12. pr. Venul. L. 52. pr. D. de A. u. A. P. 41. 2. Ulp. L. 5. pr. D. si usuf. pet. 7. 6. L. 5. § 1. D. ad exhib. 10. 4. L. 6. § 2. D. de precar. 43. 26. quia scit et c.] cf. cum L. 1. D. de usuf. 7. 1. Paul. L. 26. D. de S. P. U. s. 2. (nulli enim res sua seruit). Afr. L. 33. i. f. D. de S. P. R. 8. 3. § 94. § 4. i. f. I. cit., cuius initium quoque cf. Vid. ad §§ 89...92. cit. locc. quaeritur] affirmant Inst. l. c. Paul. L. 1. § 8. (cf. Ulp. L. 4.) Pap. L. 49. D. de A. u. A. P. 41. 2. [possidere]. § 95. § 5. I. tit. cit. 2. 9. Cf. Paul. S. R. 5. 2. § 2. et supra §§ 86. sqq. et ll. ad

§96. — | nobis adquiratur. In summa sciendum 'est iis
qui in || potestate, manu mancipio sunt, nihil in iure 77.
cedi | posse; cum enim istarum personarum nihil suum 99a.
esse possit, conueniens est scilicet, ut nihil suum esse per
se in iure vindicare possint.

[QVIBVS MODIS PER VNIVERSITATEM RES NOBIS ADQVIRANTVR.] |

§97. 'Hactenus tantisper admonuisse sufficit quem ad | mo-
dum singulae res nobis adquirantur: nam legatorum | ius, 6
quo et ipso singulas res adquirimus, opportuni|us alio loco 8
referemus: uideamus itaque nunc quibus | modis per uni-

§98. uersitatem res nobis adquirantur. | Si cui heredes facti 10
sumus, siue cuius bonorum possessionem petierimus, siue
cuius bona emerimus, siue quem adrogauerim|us, siue quem 12
in manum ut uxorem receperimus, | eius res ad nos trans-
eunt. Ac prius de hereditatibus | dispiciamus, qua- 14

(1) *ut hinc in C.* (2) *star' C. quod starum rusticorum esse si-*
militerque infra (*stis*) et ap. Plaut. Cic. et Liu. occurrere docet La.
imprimis ad Lucret. comm. p. 197. (3) *Gö. 2. : nihil omnino p*
Ed. a. 1842. 9 asteriscos dedit. Ed. m. 4. ut Huschk. et HIA, qui *suū cē*
p se interpretatur, ut Cels. L. 25. D. de nouationib. 46. 2. (cf. Paul.
S. R. 5. 8.) habet „cum nemo eorum per se nouare obligationem pos-
sit.“ cf. LL. 10. 18. § 2. D. 40. 2. Edd. m. 2. 3. cum La. : suum esse in
(4) ex Inst. (5) §§ 191. sqq. (6) *quam* edd. Cf. supra ad
1. 162. ubi C. qui *coemptionem faciunt.* (7) *primus de libatib. C.*

praecedentes §§ citt. quod dicitur] Vid. Theoph. ad Inst. l. c. Diocl. et
Max. L. 1. C. per quas pers. nob. adq. 4. 27. Sev. et Ant. L. 1. C. de adq.
poss. 7. 32. § 96. Cf. supra § 87. et 1. 134. nihil suum] cf. ad § 87.
citt. ll. conueniens et c.] Vid. Paul. L. 23. pr. D. de R. V. 6. 1.
§§ 97...100. § 6. I. tit. cit. 2. 9. Cf. Gai. epit. 2. 2. pr. § 98. Si
cui heredes f. s.] Vid. Gai. L. 24. D. de V. S. 50. 16. = Iul. L. 62. D. de R. I.
50. 17. Pomp. L. 37. D. de A. n. O. H. 29. 2. Paul. Diac. ex Festo u. Heres.
et § 7. I. de her. qual. 2. 19. Cic. Top. 6. 29. (Hereditas est pecunia,
quae morte alicuius ad quempiam peruenit iure, nec ea aut legata
testamento, aut possessione retenta). sed uid. etiam 4. 112. sq. bon.
poss. pet.] Vid. 3. 32. 80. 4. 34. ibiq. citt. ll. et Paul. L. 138. D. de V. S.
bona emerimus] Vid. 3. 77. sqq. et ibi citt. ll. adrogau. siue etc.] Vid.
3. 83. sq. et ibi citt. ll. ut uxorem] cf. 1. 136. § 99. Inst. l. c. Vid.

rum duplex condicio est: nam uel ex testamento, uel | ab
intestato ad nos pertinent. Et prius est ut de his dispi- §100.
ciamus quae nobis ex testamento obueniunt. |

18 Testamentorum autem genera initio duo fuerunt: | nam §101.
20 aut calatis comitiis faciebant, quae comitiis bis in anno te-
stamentis faciendis destinata erant, aut in procinctu, id est
22 cum belli causa ad pugnam i|bant: procinctus est enim ex-
peditus et armatus exer|citus: alterum itaque in pace et in
otio faciebant, alterum in proelium exituri. Accessit §102.

78. deinde tertium | genus testamenti, quod 'per aes et libram
99b. agitur: qui 2 neque calatis co|mitiis, neque in procinctu te-
stamentum fecerat, is si subita morte | urgebatur, amico
4 familiam suam 3, id est patrimon|ium suum,] mancipio da-
bat, eumque rogabat quid cuique post mortem suam 4 dari
6 uellet. quod testamentum dicitur per aes et libram, scili-
8 cet quia per mancipationem peragitur. | Sed illa qui- §103.
dem duo genera testamentorum in desuetudinem | abierunt;
10 hoc uero 5 solum quod per aes et libram fit, | in usu reten-
tum est. sane nunc 6 aliter ordinatur at|que olim solebat;
12 namque olim familiae emptor, id est qui a | testatore fami-
liam accipiebat mancipio, heredis lo|cum optinebat, et ob

(1) *per es C. ut saepe es pro aes.* (2) *(enim) ins. HIA.* (3) *i. e.*
patr. s. ex glossemate inrepsisse leuiculamque explicationem conti-
nere iam ed. 3. uincinis ab aliis edd. (praeter Gn.) non positus indi-
care uolui. refragatur HIA. (4) *dare uelletur C.* (5) *q so-*
lum q C. (6) *alter C.*

Gai. LL. 1. 3. D. de H. P. 5. 3. Ulp. L. 130. D. de V. S. L. 39. D. de A. n. O. H.
29. 2. Pomp. L. 7. D. de R. I. Cic. de inu. 2. 21. 63. i. f. Or. partitt. 28, 98.
Quintil. decl. 308.

§§ 101...103. Cf. § 1. I. de test. ord. 2. 10. Vid. Gell. 15. 27. Ulp. 20. 2.
Theophil. ad Inst. §. cit. Plutarch. Coriol. 9. et De sera num. uind. p. 550.
(Reisk. 8. p. 174. sq.) Cic. de or. 1. 53. 228. (tanquam in procinctu testa-
mentum faceret, sine libra atque tabulis). cf. Ouid. ep. ex Ponto 1. 8, 10.
Vell. Patere. 2. 5, 3. Fest. u. Procincta (Müll. p. 249.) et Paul. ex
Festo u. Endo procinctu, Procincta (Müll. p. 77. 225.). Seru. ad Aen. 7,
7. 612. Sabid. in Vergilii Interpp. ed. A. Mai. Mediolan. 1818. p. 67. sq. (M.

id ei mandabat testator quid | cuique post mortem suam
 dari uellet; nunc uero | alius heres testamento instituitur,
 a quo etiam legata relin|quuntur, alius dicis gratia propter
 §104. ueteris iuris imitationem familiae emptor attribetur. E/a-19
 que res ita agitur: qui facit testamentum, attribuit, sicut
 in ceteris mancipationibus, v testibus ciuibus Romanis | pu-20
 beribus et libripende, postquam tabulas testamenti scri-
 pse|rit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam; | in qua 21
 re his uerbis familiae emptor utitur |¹ FAMILIAM PECVNIAM-
 QVE TVAM ENDO MANDATELAM TVTE|LAM CVSTODELAMQVE

(1) legato relin|quuntur C.

(2) Hschk. uidit t (testamentum)

praecedenti uerbo absorptam esse. unde ed. m. 4. nomen in textum
 recepi, quod Gaiano mori omnino conuenit. (3) Gō. 1.: FAMI-
 LIAM PECVNIAMQVE TVAM ————— | ————— .. MEA, QVO ET C.
 Gō. 2.: FAMILIAM PECVNIAMQVE TVAM ENDO MANDATAM TVTELAM CVSTODE-
 LAMQVE MEAM (RECIPIO, EAQVE) Huschk. et HIA: familiam pecuniam-
 que tuam endo mandatela tutela custodelaque mea [Puchta meam]
 (ex iure Quiritium esse aio eaque) Mommsen. (Ad leg. de scribis.
 Kil. 1843.) ut Huschk., tum MANDATELA TVA CVSTODELAQVE MEA [ESSE
 AIO ET EA] QVO ET C. La. 1841. 1842. et edd. m. 2. 3.: FAMILIA PECVNIA-
 QVE TVA ENDO MANDATELAM TVTELAM CVSTODELAMQVE MEAM QVO ET C.
 Quod nunc dedi, si sumamus mea pro meam esse aio, in ipso C. est,
 nisi quod eaque sequenti quo praetermissum est. certe endo manda-
 telam esse antiquae formulae magis quam mandatela conuenit, et
 accusatiuos indicat tut(l)am quod C. habet, in quo saepe m uocalibus
 adiciendum deest.

Val. Probi in Vergil. comm. ed. H. Keil. Hal. 1848. s. 9. p. 104. sq.) Cic. de N.
 D. 2. 3. 9. Isidor. 10. 248. (v. Procinctus.) Vid. etiam Paul. Diac. uu.
 Calatores et Procalare. Dionys. Hal. 2. s. Philoxeni Gloss. un. Ca-
 lata comitia, Procinctum (ὅταν εἰς πόλειον δευζαλέσονται).
 § 104. Cf. Isidor. Or. 5. 24. 12. Vid. § 1. cit. Ulp. 20. 2. 9. Theophil.
 l. c. Quintilian. decl. 308. (libripens et emptor familiae et cetera iuri
 necessaria). Gell. 15. 13. 11. Ulp. L. 20. § 8. D. qui test. fac. 28. 1. Nou.
 Theod. 2. tit. 16. § 1. (ed. Haen. p. 61.) (perhiberi testimonium). item
 infra §§ 109. 115. 119. 121. 149. Suet. Ner. 4. Appul. Metam. 2. 36. (Ou-
 dend. 1. p. 149.) Clem. Alex. Strom. V. p. 574. in ceteris manc.] Vid. su-
 pra 1. 119. et l. ibi cit. mandatela] Vid. Priscian. 3. p. 622. ed. Putsch.
 sec. legem publ. ... nuncupatio] Vid. XII tabb. ap. Dirksen. 5. 3. et
 6. 1. Fest. u. Nuncupata pecunia (p. 173. ed. Mull. et Varro de L. L. 6. 69.
 ed. Mull. p. 95.) Cic. de Off. 3. 16. init. de Or. 1. 57. i. f. Plin. H. N. 9. 60.

79. MEAM [ESSE AIO EAQVE] QVO TV IVRE TESTAMENTVM | FACERE
 40a. POSSIS SECVNDVM LEGEM PVBLICAM, HOC | AERE, et ut qui-
 dam adiciunt AENEAQVE LIBRA, ESTO MIHI EMPTA; deinde
 aere percunt libram, idque aes dat | testatori uelut pretii
 loco; deinde testator tabulas te|stamenti tenens ita dicit |
 6 HAEC ITA VT IN HIS TABVLIS CERISQVE SCRIPTA SVNT, ITA |
 8 DO ITA LEGO ITA TESTOR ITAQVE VOS QVIRITES TESTIMONIVM
 MIHI PERHIBITOTE; et hoc dicitur nuncupatio: | nuncupare
 10 est enim palam nominare, et sane quae testator specialiter
 in tabulis testamenti scrip|serit, ea uidetur generali sermone
 12 nominare | atque confirmare. In testibus autem non §105.
 debet is esse qui in | potestate est aut familiae emptoris
 14 aut ipsius testatoris, quia propter ueteris iuris imitationem |
 totum hoc negotium quod agitur testamenti ordinandi gra-
 16 tia, creditur inter familiae emptorem agi et testatorem,
 18 quippe olim, ut proxime diximus, is qui familiam testatoris
 mancipio accipiebat, heredis loco | erat; itaque reprobatum
 20 est in ea re domesticum testimonium. unde et si is qui §106.

(1) testator C. (2) phibitote C. Olim cum aliis ut Gn. et HIA per-
 hibetote dedi. Malui olim phibitote (praehibitote) cf. not. infer ad h. l.
 (3) testatorandi C. (4) § 103. (5) loco heredis Gō. 1. 2. contra C.

Item uid. Cic. pro Caec. 26, 74. (ciuili ac publica lege), Gai. 3. 174.
 (lege iure), Gell. 5. 19. 9. (iure legeque), Ulp. L. 1. § 2. D. de R. V. 6. 1.
 (ex iure Romano = „ex lege Quiritium“); Quintilian. l. c. (iure le-
 gibusque ciuitatis). perhibitote] Ulp. 20. 9. cod. Vat. phitote (prae-
missum relinqui poterit. Ad v. enim sim. ex causa adnotavit „ne
 probato legatorum hereditatumque iuri fraus fieret“. Equidem
 etiam pro autem malim (i. e. sim. ex c. etiam olim [quidem] — poterat,
 — set) ut cum HIA similis causa intellegatur SCi causa. (1) diuo C.
 (2) multus C. (3) ualent C. quod ferri potest, si uerba in qui-
 busd. t. ualent pro παραρθέτοις sumimus; itaque aperte uitiosum
 non dixerim cum La. ad 1. § 4. (4) tius tutor es esto C.
 (5) dari uero C. quod non ita a Gaii more abhorre uidetur.

Ulp.L.9. §§9..11.D.eod.28.5. neq. legari] Vid. supra §§ 238.241.sq.
 ibiq. citt. ll. [Cf. L. 4.7. §1.D. de reb. dub. 34.5. L. 7.D. de leg. 2. HIA.]
 § 288. Cf. Ulp. l. e. Vid. supra §§ 235.sq. 243.
 § 289. Vid. 1. 149. 2. 234. 237. 240. Ulp. L. 3. pr. Paul. L. 7. Ulp. L.
 10. § 2. Pap. L. 28. 1. Ian. L. 33. D. de test. tut. 26. 2. Mod. L. 1. § 1. D. de
 confirmando tutore uel curatore 26. 3. Alex. L. 2. C. eod. 5. 29. Cod. De
 testamentaria tutela 5. 28. Sed uide etiam Iustinian. Cod. Communia
 de legatis et fidei commissis 6. 43.

[COMMENTARIUS TERTIVS.]

(fol. de-
perd. a.)(fol. de-
perd. b.)

||
 Intestatorum hereditates lege XII tabularum primum ad suos § 1.
 heredes pertinent. Sui autem heredes existimantur liberi qui § 2.
 in potestate morientis fuerint, ueluti filius filiae, nepos neptis
 ex filio, pronepos proneptis ex nepote filio nato prognatus
 prognatae: nec interest utrum naturales sint liberi an adoptiui:
 ita demum tamen nepos neptis et pronepos proneptis suorum
 heredum numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate
 parentis esse, siue morte id acciderit, siue alia ratione, ueluti
 emancipatione; nam si per id tempus quo quis moritur, filius in
 potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. idem et
 in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegemus. Vxor § 3.
 quoque quae in manu eius est, ei sua heres est, quia filiae loco

(1) Primum huius commentarii folium deperditum est. Gö. et post
 eum edd. omnes suppleunt ex Collat. et Inst. ll. citt. quibus supplemen-
 tis, cum unam fere paginam, quales sunt C. Ver. paginae, non duas
 expleant, longius huius commentarii exordium praecessisse uidetur.
 Ceterum Ulp. 26. 1. simile huius Gaiiani initium est. Cf. etiam adnot.
 ad § 18. (2) eius et ei om. Gö. quibus uerbis eius est ei, si quid
 subesset, debere esse erit quasi ex comparatione 2. 139. probari pu-
 tauit La.; ego: quasi sua heres neque § 139. cit. legitur. morientis
 (pro eius) HIA.

§§ 1..17. Moss. et Romm. LL. Collat. 16. 2. §§ 1..17. [Gaius Institu-
 tionum libro 3.]

§ 1. § 1. L. de her. q. ab int. 3. 1. Cf. Gai. epit. 2. s. pr. Ulp. 26. 1. Paul.
 S. R. 4. s. § 3. Ulp. L. 1. § 9. L. 3. pr. D. de suis et legit. 38. 16. lege XII t.]
 Dirksen. 5. 4. Vid. Cie. ll. ad 2. 221. citt. Paul. L. 9. § 2. D. de lib. et post.
 28. 2. Call. L. 220. pr. D. de V. S. 50. 16. Diocl. et Max. L. 4. C. de suis et
 legit. 6. 55. § 2. § 2. L. tit. cit. Cf. Gai. ep. et Ulp. ll. citt. item uide
 Ulp. 22. 14. Gai. 1. 97. 127. 2. 136. 136. 135. 137. Paul. S. R. 4. s. §§ 4. s. Ulp.
 L. 1. §§ 2. 4. 11. D. de suis et legit. 38. 16. Diocl. et Max. L. 5. C. eod. 6. 55.
 Quintilian. inst. or. 3. 6. 96. § 3. Vid. 1. 114. 115. 118. 148. 2. 139. 159.

est: ideoque si agnatus proximus hereditatem omiserit, uel
 antequam adierit, decesserit, sequentibus nihil iuris ex lege
 § 13. competit. Ideo autem non mortis tempore quis proximus
 sit requirimus, sed eo tempore quo certum fuerit aliquem
 intestatum decessisse, quia si quis testamento facto decesserit,
 melius esse uisum est tunc ex iis requiri proximum, cum
 certum esse coeperit neminem ex eo testamento fore here-
 § 14. dem. Quod ad feminas tamen attinet, in hoc iure aliud
 in ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in ce-
 terorum bonis ab his capiendis: nam feminarum heredita-
 tes perinde ad nos agnationis iure redeunt atque mascu-
 lorum, nostrae uero hereditates ad feminas ultra consan-
 guineorum gradum non pertinent; itaque soror fratri so-
 rorine legitima heres est, amita uero et fratris filia legitima
 heres esse non potest; sororis autem nobis loco est etiam
 mater aut nouerea quae per in manum conuentionem apud
 § 15. patrem nostrum iura filiae nacta est. Si ei qui de-
 functus erit, sit frater et alterius fratris filius, sicut ex su-
 perioribus intellegitur, frater prior est, quia gradu prae-
 cedit: sed alia facta est iuris interpretatio inter suos he-
 § 16. redes. quod si defuncti nullus frater extet, [set] sint

(1) eorum ins. HIA. non Coll. (2) bonis om. Coll. et HIA.
 (3) p inde C. proinde Gō. 1. (4) at C. (5) ex Coll.
 (6) concta C. cuncta s. iuncta eodd. Coll. La. 1842.: nacta, ut 1. 115.
 quod nunc pro edd. consecuta recepi. (7) §§ 8-11. (8) e Coll.

pr. D. de suis et leg. 38. 16. Marcian. L. 9. D. eod. Justinian. L. 4. § 9. C.
 de bonis libertor. 6. 4. § 13. Cf. § 6. I. tit. cit. 3. 2. Vid. Ulp. L. 1. § 8.
 L. 2. § 5. sqq. L. 5. D. de suis et legit. 38. 16. Afr. L. 16. D. de lib. et postum.
 28. 2. cit. § 7. L. 3. 1. § 14. Cf. § 9. I. tit. cit. 3. 2. Gai. epit. 2. s. § 5. 6. i. f.
 Ulp. 26. 6. Vid. supra § 3. ibiq. cit. ll. infra §§ 23. sq. Paul. S. R. 4. s.
 (Collat. 16. 3.) §§ 22. 20. 16. Th. C. de leg. heredibus 5. 1. passim. Decius
 L. 3. Diocl. et Max. LL. 6. 9. Justinian. LL. 13. 15. C. eod. 6. 58.
 § 15. Cf. § 5. I. tit. cit. 3. 2. Gai. epit. 2. s. § 5. Vide supra § 7. ibiq. cit. ll.
 Paul. 4. s. § 18. § 16. Cf. Gai. ep. l. c. Ulp. 26. 4. § 4. I. tit. cit. 3. 2.
 Vide supra § 8. Paul. S. R. 4. s. § 17. 19. Ulp. L. 2. § 2. 4. D. de suis et
 legit. 38. 16.

liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet; sed
 quae situm est, si dispari forte numero sint nati, ut ex uno
 unus uel duo, ex altero tres uel quatuor, utrum in stirpes
 diuidenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est,
 an potius in capita: iandudum tamen placuit in capita di-
 uidendam esse hereditatem; itaque quotquot erunt ab
 utraque parte personae, in tot portiones hereditas diui-
 detur, ita ut singuli singulas portiones ferant.

Si nullus agnatus sit, eadem lex XII tabularum genti-
 tiles ad hereditatem uocat: qui sint autem gentiles, pri-
 mo commentario rettulimus; et cum illic admonuerimus
 totum gentilicium ius in desuetudinem abisse, super-
 uacuum est hoc quoque loco de eadem re curiosius
 tractare.

Hactenus lege XII tabularum finitae sunt intestatorum
 hereditates: quod ius quemadmodum strictum fuerit, pa-
 lam est intellegere. Statim enim emancipati liberi
 nullum ius in hereditatem parentis ex ea lege habent, cum
 desiderint sui heredes esse. Idem iuris est si ideo

(1) malim uū (uelut). sic HIA nunc dedit. Coll.: si dispari numero
 sint, forte nati ex uno unus (2) q q C. (3) gentiles C.
 (4) supra pag. 45. codicis Veronensis, sed quae legi non potuit.
 (5) gentilicam C. (6) eadem C. Gō. et edd. omnes male ex
 Coll. dederunt ea. (7) retincuriusur C. re curiosius in-
 tractare Vindob. Coll. cod. Hugo prop. re i f u (iterum) tractare.
 (8) (ingenuorum) ins. HIA referens ad § 39, et Ulp. 26. 1. 27. 1. Equi-
 dem huic tractatui etiam rubricam, quae istam insertionem uetet,
 praescriptam fuisse opinor. Certe § 1. aptius quam huic § 18. in-
 sereres ingenuorum.

§ 17. Cf. Ulp. in Collat. 16. 4. § 2. Cic. Verr. 2. 1. 45. Vid. Paul. ibid. (siue
 S. R. 4. s.) § 3. lex XII t.] Vid. Dirksen. 5. 5. Cic. et Auct. ad Herenn.
 ll. ad 2. 224. eitt.

§ 18. Cf. pr. l. de SC. Tertull. 3. 3. Vid. § 2. i. f. de B. P. 3. 9. et infra § 25.
 finitae sunt] sed cf. Ulp. 27. DE LIBERTORVM SVCCESIONIBVS.

§ 19. Cf. § 9. init. l. de her. q. ab int. 3. 1. Vid. 1. 135. 156. Paul. L. 6. § 1.
 D. de B. P. 37. 1. § 20. Vid. supra 1. 94. et Collat. 16. 7. § 2. Plin.
 ep. 10. 6.

liberi non sint in potestate patris, | quia sint cum eo ciui-
tate Romana donati, nec ab impera|tore in potestatem re-
§ 21. dacti fuerint. Item agnati 'capite diminuti | non ad-
mittuntur ex ea lege ad hereditatem, quia nomen a|gnatio-
§ 22. nis capitis deminutione perimitur. Item pro|ximo agnato
non adeunte 'hereditatem, nihilo magis sequ|ens iure legi-
§ 23. timo admittitur. Item feminae agnatae | quaecum-
que consanguineorum gradum excedunt, | nihil iuris ex
§ 24. lege 'habent. Similiter non admittuntur | cognati qui
per feminini sexus personas necessitu|dine iunguntur; adeo
quidem, ut nec inter matrem | et filium filiamue ultro citro-
que hereditatis capi|endae ius competat, praeterquam si per
in manum conuentionem consanguinitatis iura inter eos
constiterint.

[DE BONORVM POSSESSIONIBVS.]

§ 25. Sed hae iuris iniquitates edicto praetoris emendatae |
§ 26. sunt. nam 'liberos omnes qui legitimo iure deficiuntur, | 131.
uocat ad hereditatem proinde ac si in potestate parentum | 121a.
mortis tempore fuissent, siue soli sint siue etiam | sui here-
des, id est qui in potestate patris fuerunt, con|currant.

(1) k. dm. C. capite diminuti edd. Veron. cod. siglas di et dim
(praeter d. d, et dm.), numquam dem pro diminut. habet, quamuis
deminut. iuxta frequentiore formam diminut. omnibus suis litteris
scriptum exhibeat. (2) G5.1.2.: (ad)hereditatem nih.

(3) habent C. ut saepe t pro t; itaque caue ne habere uidentur cum
ha conicias. (4) eos C.

§ 21. Vid. § 1. I. de succ. cogn. 3.5. et infra ad § 27. i. f. citt. ll. Ulp. 27.5.
§ 22. Vid. h. C. § § 12.18. et ibi citt. ll. § 23. Vid. § 14. cum locis ibi
citt. § 24. Cf. cit. pr. I. de SC. Tert. 3.3. Vid. Ulp. 26.7.8. Gai.
1.111.114.115^b.132.134.3.3. infra § 41. Quintilian. Inst. or. 4.2.5.
§ 25. Vid. § 1. init. I. de SC. Tertull. 3.3. pr. § 2. i. f. I. de B.P. 3.9. § 11.
I. de grad. cognat. 3.6. Gai. L. 2. D. unde cognati 38. 8. et infra § 41.
§ 9. I. de her. q. ab int. 3.1. § 26. Vid. cit. § 9. I. 3.1. Ulp. 28. 8. et
Collat. 16. 7. § 2. Gai. supra § § 19. sq. Paul. L. 6. § 1. D. de B.P. 37.1. Mod.
L. 1. § 2. D. quis ordo 38.15. Ulp. L. 1. § § 5. sq. D. si tabb. tti null. exst. 38. 6.
Paul. et Pomp. LL. 4.5. eod. item Cic. in Verr. II. 1. 44. 114. cum Pseudo-
Asc. (p. 191. Bait.)

'adgnatos autem capite deminutos non | secundo gradu § 27.
post suos heredes uocat, id est non | eo gradu 'uocat quo
§ 8 per legem uocarentur si ca|pite minuti non essent; sed ter-
tio proximita|tis nomine: licet enim capitis deminutione ius |
10 legitimum perdiderint, certe cognationis iura | retinent:
12 itaque si quis alius sit qui integrum ius | agnationis habebit,
is potior erit, etiam si longi|ore gradu fuerit. Idem iuris § 28.
14 est, ut quidam putant, | in eius agnati persona, qui proximo
agnato omitten|te hereditatem nihilo magis iure legitimo
16 admittitur; | sed sunt qui putant hunc eodem gradu a
praeto|re uocari, quo etiam per legem agnatis hereditas da-
18 tur. | Feminae 'certe agnatae quae consanguineorum | § 29.
20 gradum excedunt, tertio gradu uocantur, id est si | neque
suis heres neque agnatus ullus erit. Eodem 'gra|du § 30.
22 uocantur etiam eae personae quae per femini|ni sexus per-
sonas copulatae sunt. Liberi quoque qui | in adoptiua § 31.
familia su|nt, ad naturalium parentum heredi|tatem hoc eodem
gradu 'uocan|tur.

132. Quos autem 'p|raetor uocat ad hereditatem, hi here- § 32.
121b.

(1) adgnatos C. (2) uocat ex ed. m. 3. excidit. (3) certae C.
(4) gradu uocantur etiam si haec C. (5) uocat C. (6) p|R
C. solus add. Inst.

§ 27. Vid. § 21. Ulp. 28. 9. Gai. epit. 2. 8. § 7. Paul. S.R. 4. 8. § 22. i. f.
Pr. § 1. I. de succ. cogn. 3.5. supra 1.158. § 12. I. de grad. cogn. 3.6. Mod.
L. 4. § 10. D. eod. 38. 10. Dig. unde cognati 38. 8. impr. Pomp. L. 5. ibid.
Cod. 6. 15. Iulian. L. 1. D. unde legit. 38. 7. et infra § 30. licet enim
Vid. § 21. 1. 158. Ulp. 27. 5. et L. 1. § 8. D. ad SC. Tertull. 38. 17. Pomp. L.
11. D. de suis et legit. 38. 16. § 2. I. ad SC. Orphit. 3. 4. § 28. Vid.
§ § 12. 22. Ulp. L. 2. pr. D. de suis et legit. 38. 16. § 7. I. de legit. agnat.
success. 3. 2. Iustinian. L. 15. § 3. C. de legit. heredib. 6. 58.
§ 29. Vid. § § 23. 14. et adh. §. citt. ll. § 30. Vid. § 24. § 2(1). I. de
succ. cogn. 3. 2. citt. Ulp. 28. 9. et Gai. epit. 2. 8. § 7. Vid. LL. 2. 4. D.
unde cognati 38. 8. Paul. L. 10. § 6. D. de gradibus 38. 10.
§ 31. § 3(2). I. tit. cit. 3. 2. Cf. Gai. epit. l. c. Vid. § 13. I. de hereditatib. quae
ab int. deferuntur 3. 1. Ulp. L. 1. § 4. D. unde cognati 38. 8. supra 2. 136.
§ 32. § 2. I. de B.P. 3. 9. Cf. Ulp. 28. 12. Vid. supra 2. 98. infra § 80.

des ipso quidem iure non | ²fiunt: nam praetor heredes fa-
cere non potest: per legem | enim tantum uel similem iuris
constitutionem heredes fiunt, ueluti per senatus consultum et
constitutionem principalem: sed | ³eis si quidem praetor det
bonorum possessionem, loco heredum constituuntur.

§33. Adhuc autem alios ⁴etiam complures gradus praetor
facit | in bonorum ⁵possessione danda, dum id agit, ne quis
sine successore moriatur. de quibus in his commentariis
⁶---** | ---** hoc ius totum propriis commentariis..

(1) ipse C. (2) ex Inst. suppl. (3) Gō.1.2.: cum eis quidem
Praetor dat La. correxit. [In ed. m. 3. praetor excedit.] HIA adn.
malim tamen cum eis praetor dat (4) ** Gō. etiam edd. meae, Gn.
et HIA. et alios Inst. (5) possessionibus dandis HIA. (6) Heft.
ded.: consilio | --- Sensui conuenire uidetur summam | tracta-
uimus, quia Hschk. prop.: copiose n̄ agim' q̄ (copiose [?] non agi-
mus, quia) alias HIA uersus 5..17. sic dedit: consulto non agimus,
quia alias h. i. propr. comm. explicauimus. 33a. Igitur hoc s. a. s.,
cum in legitimis hereditatibus sola cognatio per legem XII tabularum
non proficeret ad hereditatem capiendam, ut ne | mater quidem in bo-
nis liberorum, praeterquam si per in manum conuentionem iura con-
sanguinitatis nacta fuerat, ex lege illa ullum ius haberet, | . Tum
adnot.: ad sensum in v. 16...22. puta secutum esse: hoc quantum ad
matrem ingenuam trium, libertinam quattuor liberorum iure honora-
tam postea Scto Tertulliano correctum esse. hoc enim matri tantum
praefert suum heredem, eunue, qui inter suos heredes a praetore ad b.
possessionem uocatur, item patrem auumue defuncti emancipator(em)
a(ut) si em(an)cipatus n̄(on) fuerit, fratrem c(onsanguineum). || [tum
sqq. in text. rec.] post eam uocat sororem defuncti consanguineam et
u|xorem, quae in manum eius conuenerat, [pergit adnot. „Et puta ad
sensum secutum esse:] ita quidem, ut hae personae matri etiam con-
currant, dimidiamque partem hereditatis ei auferant: deinde ceteros
agnatos. Certe uerbis huius supplementi repugnat quod §. 22. ru-
bricam habuisse uidetur.

et 4.34.sq.111. pr.I.de perp.et temp.act.4.12. Paul.L.138.D.de V.S.
50.16. LL.117.128.§1.D.de R.1.50.17. Ulp.LL.1.2.D.de B.P.37.1. L.11.
i.f.D.de H.P.5.3. Id.et Gai.D.de possessoria H.P.5.5. Ulp.L.19.§2.
D.de condic.et demonstr. 35.1.

§ 33. §2.med.I.tit.cit. (Ad pagg.132.i.f.133.cod.Veron. uide Ulp. 28.
§§1...7.ibiq.citt.ll.) propriis comm.] i.e. Ad edictum urbicum libris?
Cf.infra §54. et praefat.nostr.nott.13.13a.

10 --- solum admonuisse sufficit -- | ** --- (§33a.)
12 ibus --- | tabulis --- . hereditatem
14 --- . lata --- osium --- | in ma-
--- . ionem --- sa riam --- lege ---
16 --- | --- §§.16.17. |
18 --- | ---
20 **	--- §. 21.
22 ¹ H. ca. --- ** (|§33b.)

post eam uocat --- u|xorem ---

133. --- : || ---
126a. §§. 1...7. | ---
t.s. --- | ---
--- | ---
§§. 9...20. --- | qui --- **

(1) §. 22. rubricam, nunc puto DE SENATVS CONSULTO TERTULLIANO
habebat. (2) Gaius in posteriore paginae 132. parte totaque
pag. 133., ubi praeter incertos fere omnes ductus uix aliquid legi
potuit, de bonorum possessionibus a praetore tum impugnandi atque
emendandi tum supplendi atque confirmandi iuris ciuiliis gratia
datis uarioque, quem bonorum possessores iuxta heredes optinebant
loco, prout aut contra aut secundum tabulas testamenti bonorum
possessio admissa erat, exposuisse uidetur. In § 1. Inst. de B. P. ita
ante intestati bonorum possessionem, de qua pag. 134. cod. Ver. ex-
ponere pergit, disseritur: Aliquando tamen neque emendandi, neque
impugnandi ueteris iuris, sed magis confirmandi gratia pollicetur bo-
norum possessionem: nam illis quoque qui recte facto testamento here-
des instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. item
ab int. Itaque HIA uersus 21...24. iisdem Inst. uerbis expleuit, ad-
ditis tamen inter sunt et dat hisce: si modo tabulae testamenti non
minus quam septem testium signis signatae sint. Etiam decem
fere qui praecedunt codicis uersus replendos esse uerbis pr. Inst. de
B. P. 3. 9. „Ius bon. possessionis adiwabatur“ adnot. HIA, nam
paucis mutatis et ipsa Gaiana uideri, „ut tamen Gaius antea b. pos-
sessionem ex SC. Tertulliano dandam pro exemplo impugnati iuris
ueteris posuisse uideatur (cf. Gl. Taur. ad pr. I. 3. 9.)“ Cf. praef.
nostr.

(§ 33a. Cf. §24. Ulp. 26 s. Tit. Inst. de SC. Tertull. 3.3. L. 9. § 1. D. de
reb. dub. 34.5. HIA.)

§ 34. ab in||testato heredes suos et agnatos ad bonorum possessionem uocat: quibus | casibus beneficium in eo solo uidetur aliquam uilitatem habere, quod is qui ita bonorum possessionem petit, interdicto | cuius principium est QVORVM BONORVM, uti possit: cuius interdicti quae sit utilitas, suo loco¹ proponemus: | alioquin remota quoque bonorum possessione ad eos heredes pertinet iure ciuili.

§ 35. Ceterum saepe quibusdam ita datur | bonorum possessio, ut is cui data sit, [non] optineat hereditatem; quae

§ 36. bonorum possessio dicitur sine re: nam si uerbi gratia iure facto testamento heres institutus creuerit hereditatem, sed bonorum possessionem secundum tabulas testamenti petere noluerit, contentus | eo quod iure ciuili heres sit, nihilominus ii qui nullo facto testamento ad intestati bona uocantur, possunt petere bonorum possessionem; | sed sine re ad eos² hereditas pertinet, cum testamento

§ 37. scriptus heres euincere hereditatem possit. Idem | iuris est si intestato aliquo mortuo suus heres non uerit petere bonorum possessionem, contentus legitimo iure: nam | et agnato competit quidem bonorum possessio, sed sine re, cum | euinci hereditas ab suo herede potest. et illud conuenienter, si ad agnatum iure ciuili pertinet hereditas | et hic

(1) 4. 144.

(2) HIA adn.: fuerit b. p. quae nota abiit in similem h' t.

(3) ita Hollw. prop.

(4) ap. 10 C. a filio Gō.

La. adn. „Non dubitandum quin librarius scripserit ap. suo, ut scripsit ap. p. 95, 13., et alibi [p. 181, 3.] opstitit, et uidetur scripsisse ap. p. 228, 4. et op id p. 140, 22.“

(5) ita C., sed praestat possit, ut in fine proxime antecedentis §. et sic nunc HIA dedit, deinde illud mutans in huic.

(6) conuenienter C. con-

§ 34. § 1. I. de B. P. 3. 9. u. item ab int. et c. et remota quoque et c. QVOR. BON.] Vid. infra 4.144. ibiq. c. it. ll.

§§ 35. 36. Vid. Ulp. 25.13.23 6.26.8. supra 2.148.165. sq.

§ 37. Cf. Ulp. c. it. 25.13.26.8.

adierit hereditatem, sed bonorum possessionem petere noluerit, etsi quis ex proximus cognatis petierit, | sine re habebit bonorum possessionem propter eandem rationem. |

§ 35. Sunt et alii quidam similes casus, quorum aliquos | superiore commentario tradidimus. |

[DE LIBERTORVM BONIS.]

Nunc de libertorum bonis uideamus. Olim itaque licebat liberti patrem suum in testamento praeterire: nam ita demum lex XII tabularum ad hereditatem liberti uocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus nullo suo herede relicto: itaque intestato | quoque mortuo liberto, si is suum heredem reliquerat, nihil in bonis eius patrono iuris erat; et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla uidebatur esse querella; si uero | uel adoptiuus filius filiae uel uxor quae in manu esset, | sua heres esset, aperte iniuria erat nihil iuris patrono superesse, qua de causa postea praetoris edicto haec | iuris iniquitas emendata est: siue enim faciat testamentum libertus, iubetur ita testari, ut patrono suo partem dimidiam bonorum suorum relinquat, et si aut nihil

§ 39.

§ 40.

§ 41.

nenienter dicitur Gō. 1. 2. (1) sic (?) C. (2) et sic conuenienter. (3) cognatus C. quod edd. m. 2. sqq. retinui (item Gn.) prob. La. nunc autem cum totiens u et i permutasse librarium animaduertissem, insolentioformam cum cett. edd. mutauit. (4) §§ 119. 148. sq. (5) patrum C. (6) herede relicto C. (pro h' de relicto) (7) (suus uel) ins. HIA. (8) emandata C. (9) relinquitur C.

§ 39. Pr. I. de succ. libertor. 3.7. Vid. Ulp. 27.29. Paul. S. R. 3.2. Dig. 38.2. Cod. 6.4. Nouella Valentiniani 24. § 40. Pr. I. cit. Vid. Ulp. 27.1.29.1. et L. 3. pr. D. de suis et leg. 38.16. Id. L. 17. Ter. Clem. L. 38. § 1. D. de bon. libert. 38.2. Iustinian. L. 4. § 8. C. de bonis libertor. 6.4. lex XII t.] Vid. Dirksen. 5.8. (cf. Husch. in Rhein. Mus. f. Jpdz. 7. p. 64. not. 12.) et infra §§ 46.49.51. Ulp. L. 11. D. de iure patronat. 37.14. et ad 1. § 165. c. it. ll. adopt. fil.] Vid. 2. 136.137. et ibi c. it. ll. uxor q. in manu] Vid. 2. 159. ibiq. c. it. ll. § 41. § 1. I. tit. cit. Vid. supra § 25. et ad praeced. § 40. c. it. ll. Ulp. cit. 29.1. et

aut minus quam partem dimidiam reliquerit, datur patrono contra tabulas testamenti partis dimidia bonorum possessio; si uero intestatus moriatur suo herede relicto adoptiuo filio [uel] uxore quae in manu ipsius esset, uel 'nuru quae in manu filii eius fuerit, datur aeque patrono aduersus hos suos heredes partis dimidia bonorum possessio. pro sunt autem liberto ad excludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habet, sed etiam emancipati et in adoptionem dati, si modo aliqua ex parte heredes scripti sint, aut praeteriti contra tabulas testamenti bonorum possessionem ex edicto petierint: nam exheredati nullo modo repellunt patronum.

§42. Postea lege Papia aucta sunt iura patronorum quod ad locupletiores liberos pertinet: cautum est enim ea lege, ut ex bonis eius qui sestertiorum *nummorum centum milium plus* patrimonium reliquerit, et pauciores quam tres liberos habeat, siue is testamento facto siue intestato mortuus erit, uirilil pars patrono debeatur; itaque cum unum filium unamue filiam heredem reliquerit liberus, perinde pars dimidia patrono debetur, ac si sine ullo filio filiae moreretur; cum uero duos duasue heredes relique-

(1) *nurus C.* (2) cum sqq. ex Inst. suppl. (3) Hoc non satis accurate a Gaio dictum esse in adnot. exponit HIA, distinguens ab emancipato eoque in adoptionem dato cum qui in adoptione extranei est. (4) Ex Inst. facile incerti C. ductus suppl. ut Huschk. prop. Gō. 1.2. asteriscos habent. Klenz. ad rem non apte prop. *nummorum milia centum, si post militiam fecerit testamentum.* (5) *relinquerit et §. 18. reliquat C.*

L. 1. §2. D. de bon. libertor. 38.2. Cod. de bon. libertor. 6.4. De B.P.c.t. liberti 6.13. Greg. Cod. de libertis principis 6.2. (Haen. p. 35.) Cic. Verr. 2.1.48.125. Dio Cass. 51.15. Sueton. Ner. 32. item Tac. Ann. 15.19. § 42. §2. I. tit. cit. 3.7. Vid. §3. I. tit. cit. Ulp. L. 16. pr. D. de iure patronat. 37.14. Iustinian. L. 4. §11. C. de bon. libertor. 6.4. etiam Ulp. L. 1. § 14. D. si cui plus q. per L. Fale. licuerit, legatum esse dicitur 35.3. *uirilis*] Vid. §44. Ulp. L. 145. D. de V.S. 50.16. cum Gai. LL. 148. 150. ibid.

rit, tertia pars debetur; si tres relinquat, repellitur patronus.

[AD LEGEM PAPIAM.]

In bonis libertinarum nullam iniuriam antiquo iure patiebantur patroni: cum enim hae in patronorum legitima tutela essent, non aliter scilicet testamentum facere poterant quam patrono auctore; itaque siue auctor ad testamentum faciendum factus ———— relic —
79 a. ———— | ———— si uero
t. s. ———— | ———— . morte . ————
4 auctor factus non erat ———— . morte . ————
6 ———— §. 5. ———— | tinebat ————
8 ut | poterat patronum a bonis libertae uindicandis repellere.
Sed postea lex Papia cum quattuor liberorum iure liber-
10 tinas tutela patronorum liberaret et eo modo

(1) Fort. rubrica DE LIBERTINARVM BONIS scribenda est. (2) Locum sic restitui posse putat Hschk.: || factus erat, neque tantum, quantum uellet, et (testamento) sibi relictum erat, de se queri debebat, qui id a liberta impetrare potuerat. si uero auctor ei factus non erat, et. (etiam) tutius hereditat. (hereditatem) morte eius capiebat; n (nam) neque suum heredem liberta relinquebat, q (qui) posset et sic ded. Gn. et HIA. non satis apte ad C. (3) „Scipsi ut posset, quod ad filium libertae pertinet, qui non erat suus heres patri. Gō. tamen malebat possent, quoniam liberos habet Ulp. 29.2. Ipse ediderat possit; sine ut“ La. (4) In C. ita ferme scriptum esse con. Gō. (et rec. Gn.): et eo modo inferret, ut iam sine patroni tutoris auctoritate testari possent, prospexit, ut pro numero liberorum, quos superstites liberta habuerit, etc. nam ita habet Ulp. 29.3. „Lex Papia Poppaea postea libertas quattuor liberorum iure tutela patronorum liberauit; et cum intulerit iam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit ut pro numero liberorum libertae superstitem uirilil pars patrono debeatur.“ uersus 10...17. sic rest. HIA: modo efficeret, ut iam sine patroni tutoris auctoritate testari possent, prospexit, ut pro numero liberorum, quos superstites liberta habuerit, u. p. p. d. et ex b. e. q. o. liberorum loco iuris interpretatione accipit, cum tota hereditas ad p. p.

§ 43. Cf. Ulp. 29.2. Vid. Liu. 39.19. Gai. 1.192.2. 118.122.
§ 44. Cf. Ulp. 29.3. Vid. supra 1.194. Ulp. 11. 288. item L. 145. et Ter. Clem. L. 153. D. de V.S. 50.16.

tu|toris auctoritate ————— | ————— 12
 †. 12. ————— | — habuerit, uirilis pars patrono debea-
 tur 1.. ex bonis eius, quae omnia ——— iuris | 2 ——— 14
 ————— ††. 14. 16. ————— | 3 —. ad patronum per- 16
 tinet. |

§45. Quae autem diximus de patrono, eadem intellegemus 13
 et | de filio patroni; item de nepote eius et de pronepo|te 20
 §46. ex nepote filio nato prognato. Filia uero patro|ni, item
 neptis et proneptis ex nepote filio | nato prognata quamuis 22
 idem ius habeant, quod lege XII tabularum | patrono datum
 est, praetor tamen uocat tantum masculini sexus | patro-
 norum liberos; set filia, ut contra tabulas testa|menti li- 138.
 berti [uel] ab intestato contra filium adoptiuum uel uxorem 79b.
 nurumue dimidiae partis bonorum possessionem | petat, t.s.
 trium liberorum iure lege Papia consequitur; | aliter hoc 4
 §47. ius non habet. set ut ex bonis libertae | suae quatuor
 tuor liberos habentis uirilis pars ei deberetur, liberorum 6
 quidem iure non est comprehensum, | ut quidam putant;
 set tamen intestata liberta | mortua, uerba legis Papiae fa- 8

(1) ei(t) C. Hschk. uult: ztab. (2) †. 15. incertae, †. 16. nullae
 litterae leguntur in C. (3) Sequentes §§. obstant quo minus
 locum Ulp. 27. 2. huc trahamus hunc: „Si sit patronus et alterius
 patroni filius, ad solum patronum hereditas pertinet“. cf. infra § 60.
 (4) filio in text. non recep. Gö. 1. 2. Sqq. etiam ibi non lecta ex
 Hollw. et Huschk. con. suisque expl. La. et edd. m. 2. sqq.
 (5) ex filio (pro eius) HIA. (6) ex filio add. HIA. (7) (aut)
 pro (uel) HIA. (8) quatuor C. sec. Gö. quatuor edd. (9) de-
 beatur Gö. deberetur La. (10) non sequitur Gö. non ephorum
 La. Utrumque displicet Hschkio, qui uult: opus ei non est quod
 equidem non receperim, nec rec. HIA, sed ded.: debeat, ne libero-
 rum quidem iure consequitur, |

§ 45. Vid. § 58. Ulp. 29. 4. 27. 1. Gai. L. 5. D. de bonis libert. 38. 2.
 Pr. I. de adsign. libertor. 3. 8. § 46. Cf. Ulp. 29. 5. et uid. 27. 1.
 lege XII t.] Vide supra § 40. § 47. § 44. et ad eand. §. cit. Ulp.
 libertae suae] cf. Gai. L. 58. § 1. D. de V. S. 50. 16. (faciunt] cf. L. 4. § 21.
 C. de bon. lib. 6. 4. HIA.)

ciunt, ut ei uirilis pars de|beatur; si uero testamento facto
 mortua sit liberta, tale ius ei datur, quale datum est 1—
 ————— †. 11. ————— | liberique
 contra tabulas testamenti liberti habent: | quamuis parum
 14 diligenter ea pars legis scripta | sit. Ex his apparet §48.
 extraneos heredes patronorum | longe remotum ab omni
 16 eo iure iri, quod uel in intestatorum bonis uel contra
 tabulas testamenti | patrono competit.
 18 Patronae olim ante legem Papiam | hoc solum ius ha- §49.
 bebant in bonis libertorum, | quod etiam patronis ex lege
 20 XII tabularum datum est. nec enim | ut contra tabulas te-
 stamenti, in quo praeritae erant, uel ab intestato contra
 22 filium adoptiuum uel uxorem nurumue bonorum possessio-
 nem partis dimidiae peterent, praetor similiter | ———
 ————— set postea lex Papia | duobus liberis ho- §50.
 139. noratae ingenuae patronae, || libertinae tribus, eadem fere
 61b. iura dedit quae ex edicto praetoris patroni habent; trium
 uero liberorum | iure honoratae ingenuae patronae ea iura
 4 dedit quae per eandem legem patrono data sunt; liber-

(1) Huschk. noluit: patronae liberis honoratae, ut pinde bp. (perinde
 bonorum possessionem) habeat ac uirilis sexus patronus | „Tem-
 ptabam: est tribus IIIue liberis honoratae patronae, simile huic quod
 patronus“ La. Hunc uituperat Hschk. et ipse quae cum C. et huius
 consuetudine uix conueniunt, prop. (quod rec. Gn.): patronae trib.
 liberis honoratae ut pinde pā in habeat ps quā patronus Nouissime
 HIA: patronae liberis honoratae, ut proinde simile habeat ius ac pa-
 tronus | (2) is C. (3) patronos? u. C. (4) sic ed.
 1842., ed. m. 4. et Gn.; remotiores — iure — quod .. in Gö. 2.
 Klenz. restituit ab omni eo et uel (ū) Huschk. prop.: remotioris
 b p' sionis iure uti qu (quam) quod ed. (edicto) in mt. sed nouissime
 quod rec. HIA: remotos eē ab omni eo iure hrio (hereditario) quod
 uel in in | (5) Gö. prop. et Gn. rec.: ut patrono liberisque eius
 concessit. HIA ad sensum rest. in text. rec.: eis ac masculis patronis
 concessit. quod repugnat superst. litteris C. lib-r (6) sic iam Gö. 1.

§ 48. Vid. § 58. 64.

§ 49. Cf. Ulp. 29. 6. et uide eund. 27. 1. item L. 17. D. de bon. libertor.
 38. 2. ex l. XII t.] Vid. supra § 40. § 50. Vid. Ulp. 29. 5. sqq. et supra § 42.

§51. tinae autem patronae non idem iuris praestitit. Quod 6
autem ad libertinarum bona pertinet, siquidem intestatae
decesserint, nihil novi patronae liberis honoratae lex Papia
praestat: itaque si | neque ipsa patrona, neque liberta 'ca-
pita diminuta sit, ex lege XII | tabularum ad eam hereditas
pertinet, et excluduntur libertae | liberi; quod iuris est
etiam si liberis honorata | non sit patrona: numquam enim,
sicut supra² diximus, feminae suum heredem habere pos-
sunt: si uero | uel huius uel illius 'capitis diminutio inter-
ueniat, rursus liberi | libertae excludunt patronam, quia le-
gitimo iure 'capitis diminutione interempto euenit, ut liberi
§52. libertae cognationis iure potiores habeantur. Cum au-
tem testamento facto moritur liberta, ea quidem patrona
quae liberis honorata non est, nihil iuris habet contra
libertae testamentum; | ei uero quae liberis honorata sit,²⁰
hoc ius tribuitur per legem Papiam quod habet ex edicto
patronus contra | tabulas liberti.
§53. Eadem lex patronae filiae liberis honoratae .. | patroni
iura dedit; sed in huius persona etiam unius || filii filiaeque 140.
ius sufficit. 61a.

(1) & d. (pro ka.) C. capite diminuta La. ed. 1842. (2) 2. 161.
cf. 3. 47. 1. 104. (3) ka C. (4) & d. interempto C. La. ed. 1842.
capitis diminutione perempto quod perempto post Gö. 1. edd. omnes
habent. at C. interempto interempto. (5) Gö. omisit .. (7a) i. f.
uersus. Unterh. inde fecit: item patronae filio | Aliquid deperisse
manifestum est, unde non recte faciunt edd. quod lacunae indicatio-
nem in textu non habent; ed. 1. m. Huschk. secuta, filio (fil) expleuit.
La. temptabat: paene eadem quae ipsi patronae, filio autem patro-
nae | HIA ded.: (quae) patronae, (patronae) filiae liberis honoratae,
filio | Malim: Eadem iura lex (et = etiam) p. f. l. honoratae et filio |
patroni dedit.

§ 51. Vid. Ulp. 27. 5. et § 2. l. de SC. Orphit. 3. 4. et supra § 48. item
Gai. L. 13. D. de suis et legit. 38. 16. Paul. L. 7. pr. D. de cap. min. 4. 5.
ex l. XII l.] Vid. supra § 40. leg. iure c. d. per.] Vid. 1. 158.
§ 52. Vid. ad § 51. citt. ll. impr. Ulp. 29. 7.
§ 53. Vid. Ulp. L. 17. Paul. L. 18. Pap. L. 42. pr. D. de bonis liber-
torum 38. 2.

Hactenus 'civium Romanorum iura quasi per indicem §54.
tetigisse satis est: alioquin diligentior interpretatio propriis
4 commentariis | exposita est. |
[DE BONIS LATINORVM LIBERTORVM.]
6 Sequitur ut de bonis Latinorum 'libertinorum | dispi- §55.
8 ciamus. Quae pars iuris ut manifestior fiat, admonendi §56.
sumus, de quo alio loco³ diximus, eos | qui nunc Latini
10 Iuniani dicuntur, olim ex iure Quiritium seruos fuisse, sed
auxilio praetoris in libertatis forma | seruari solitos; unde
12 etiam res eorum peculii iure ad patronos pertinere solita
est: postea uero per | legem Iuniam eos omnes quos
14 praetor in 'libertatem tuebatur, liberos esse coepisse et ap-
pellatos esse Latinos Iunianos; Latinos ideo, quia lex eos
16 liberos | perinde esse uoluit atque si essent ciues Romani
ingenui qui ex | urbe Roma in Latinas colonias deducti
18 Latini coloniarii esse coeperunt; Iunianos ideo, quia per

(1) omnia C. et edd. quod recte multos offendit. Huschk. olim in
omissione quadam uitium uidere sibi uisus suppleri quae in bonis
civium Romanorum libertorum habemus (s. nobis competunt) aut haec
uoluit, et nouissime, quod HIA rec., omnia (omnia illa) peius Gn. om-
nia ea Equidem semper pro omnia aliud quidquam malui, sed nunc
neque noua neque patronorum, sed e-romr' librarium scribere de-
buisse (nisi forte sic scriptum male lectum est) mihi persuasi. ita
iustum prioris disputationis finem iustumque ad tractatum de Lati-
norum libertorum bonis transitum habemus. (2) malim liber-
torum (3) l. § 22. (4) libtem C. edd. praeter meas liber-
tate, accusatiuo, in ipsa lege olim posito, temere spreto, quem nec
La. restituit.

§ 54. propr. comment.] cf. § 33. Fueruntne hi commentarii Ad
leges Iuliam et Papiam libri xv, unde 30 locos in Digesta receptos uide
ap. Hommel. Paling. 1. p. 119...122., sine Ad edictum urbicum libri X?
nam De manumissionibus libri tres huc non trahendi esse uidentur.

§ 56. Vid. 1. 22. 96. 131. et infra § 70. ibiq. citt. ll. Dosith. de manu miss.
§§ 4. 5. 6. 8. (6. 7. 8. 10.) Ulp. 1. 10. Plin. epist. 10. 4. Iustinian. L. un. pr.
C. de Lat. lib. toll. 7. 6. § 4. l. de success. libertor. 3. 7. neque liberti
Lat. hom. ac.] Vid. Aes Salpens. c. 23. „Vt qui c. R. consequentur, iura
libertorum retineant.“

legem Iuniam liberi facti sunt, etiamsi non ciues Romani.
 'nam | primum legis Iuniae lator cum intellexeret | futurum
 ut ea fictione res Latinorum defunctorum ad patronos per-
 tinere desinerent, 'ob | id quod neque ut serui decederent,
 ut possent iure peculii res eorum ad patronos pertinere,
 neque || liberti Latini hominis 'bona possent manu missio-
 nis iure ad | patronos pertinere, necessarium existimauit, |
 ne beneficium istis datum in iniuriam patronorum conuer-
 teretur, cauere 'ut res Latinorum defunctorum proinde ad

(1) n̄ pr̄ legis iuniae lator C. Gö. 1. 2.: nam | .. legis Iuniae la-
 tor et ita Hefft., qui tamen Klenzii con. nam pr. Iunius legis I. la-
 tor minime probabilem probauit. Huschk. prop. iam | uero quod
 ed. m. 1., La. (quasi scriptum esset crni | q̄r) quare quod edd. m. 2. 3.
 recepi. item Gn. et Hschk.: quare legis Iuniae lator. Recte HIA
 in adn. refutat quod dedi ed. m. 4. 'nam | praeter lege Iuniae lator' sed
 non recte idem recepit 'uerum legis Iuniae Iuniae lator' ubi 'ue-
 rum' omnino huius loci non est (pro 'nam', quod huius loci non esse
 ille adnotauit) neque ex codicis N effiei potest, et bis positum nomen
 Iuniae, quod aliquando probasse Rudorffius sese paenitere mihi di-
 cit, ab omni Romanorum appellandi usu alienum est. Quod nunc
 dedi, totum in C. scriptum est: N = nam usitatissimum; pr̄ = pri-
 mum ex iis notis est, quibus semel tantum librarius usus est quaeque
 in titulis quoque infrequentiores sunt; sed de uocabuli usu cf. su-
 pra l. 62. quod C. habet iuniae maioris ponderis non est quam
 alia multa neglegenter repetitorum uerborum syllabarumue (ut de
 totis uersibus iterum iterumque recurrentibus hic taceam) exempla
 multa: e. gr. q̄rinales p. 28. §. 24., olim 30, 3., filiae 30, 14., iussu 102,
 4. 5., quis 239, 10., uocator uocatur 47, 2., uideuidemur 104, 1., uero uir-
 gimibus 41, 1., ueluae filiae 186, 2., uiriri 38, 14., q̄ sint speciesint 50, 1.,
 re 68, 10., pertinent 141, 20. 21., legislegator 147, 13. 14., in in 165, 1.,
 mani fructum furtum 176, 13., necessese 182, 4., tempore 108, 5., gra-
 duocant 131, 21., co | condicione 154, 15. 16., proco: | Pro eo 158, 10. 12., cr cr
 20, 20. sq., res a. s. e lege as 18, 20., ius i q̄ 31, 13., tut to lic. tut do 41, 22.,
 ita tm ut tm 156, 18., es esto 126, 23., e esto 101, 20., debet pro parte debet
 173, 8., aliaeque iterationes, inter quas dubios casus, ut 209, 9. con-
 sulto omisi. At uero si Gaius Iuniae nomen bis ponere potuisset
 ac uoluisset, certe non hoc loco, sed aliquo priori quo haec lex nomina-
 tim memorata est, ponere debuisset. (2) et ————— |
 cederent, — possent .. | ————— eorum Gö. 2. Ex adnot. Gö. edd. m.
 2. sqq. cum La. suppl. petierunt. (3) bp C. edd. omnes bona
 sed dubito an rectius scribatur bonorum possessio posset

(4) uol. ...liberto | C. sed litteras liberto admodum incertas esse ad-

6 manu missores pertinerent, | ac si lex lata non esset: itaque
 iure quodammodo peculii bona Latinorum ad manu misso-
 8 res ———— pertinent. —————.. differant ea iura §57.
 quae | in bonis Latinorum ex lege Iunia constituta sunt, |
 10 ab his quae in hereditatem ciuium Romanorum libertorum
 obseruantur: | nam ciuis Romani liberti hereditas ad §58.
 12 extraneos heredes patroni | nullo modo pertinet; ad filium
 autem patroni nepotesque ex filio et pronepotes ex nepote
 14 [filio nato] prognatos | omnimodo pertinet, etiamsi [a]
 parente fuerint exheredati; Latinorum autem bona tam-
 16 quam peculia seruorum | etiam ad extraneos heredes per-
 18 tinent, et ad liberos 'manu missoris exheredatos non perti-
 19 nent. | Item 'ciuis Romani liberti hereditas ad duos §59.

not. Gö. qui 1. 2. posuitliberto | et adnotauit sententiam exi-
 gere ut bona horum libertorum quod receper. Gn. et HIA. La. et edd.
 m. 2. 3.: ut bona defuncto | Ed. m. 3.: ———. liberto [pro liberto] | e.
 adn. „malim ū * latinor. liberto | Nunc non dubitauit facere: ū * latin
 [latinorum, ut p. 143. §. 16.] defuncto | quae ipsius legis Iuniae uerba
 fuisse uidentur. Ego ex praeced. malim ū * latinor. (ut res Latino-
 rum libertorum) (1) esp. C. eorum supplendum esse adn. Gö.
 quod fecerunt edd. praeter Gö. 1. 2. Klenz. et m. 1. Sed hoc eorum et
 otiosum et a Gaiano more et a schedis alienum est. Ed. m. 4. dedi
 exinde, contra quod HIA adn. 'vox non Gaiana'. id quod uix ei qui
 plures quam nobis supersunt Gaianos libros legisset crederem: non
 istius uocabuli usus sed locus qui ei dandus erat, fecit ut temptarem
 'ipsorum' eiectis litteris es ut ex praecedentibus es male repetitis;
 sed nunc puto Gaium scripsisse coeperunt pertinere: coeper in ipso
 C. esse uidetur, et | nent pro | nere unus ex minoribus erroribus li-
 brario consuetis est; nec praetereundum est Gö. pro | nent in pri-
 mum | nentia in sch. rettulisse. (2) „In C. fuerit unde euenit
 ut multum (quod rec. Gn. et HIA) uel simile aliquid.“ Gö. Scribere
 uideamus igitur uel nunc uideamus, quantum uel quibus modis praeter
 alia uetat sq. nam. Hefft. prop.: unde factum est, ut longe s. multum
 (3) htatem C. Fort. htatib. Edd. hereditate Accusatiuum non eiecere
 praetuli etiam ed. 4. (4) Gö. aut filio nato aut, ut Sander prop.,
 prognatos uoluit. utrumque coniungendum esse La. animaduertit.
 Librarius filio nato omisit. (5) m (pro mm) n ex̄t C. (6) scrib.

§ 58. Vid. §§ 64. 48. 45. 63. Mod. L. 9. D. de iure patronat. 37. 14. Plin.
 ed. 10. 105. Ulp. L. 1. § 5. 6. D. de adsign. libertis 38. 4. § 59. Vid.

pluresue patronos aequaliter pertinet, licet dispar in eo seruo dominium habuerint; bona uero Latinorum pro ea parte pertinent, pro qua parte quisque eorum dominus fuerit. Item in hereditate ciuis Romani liberti patronus alterius patroni filium excludit, et filius patroni alterius patroni nepotem repellit: bona autem Latinorum et ad ipsum patronum et ad alterius patroni heredem simul pertinent pro qua parte ad ipsum manuissorem pertinent. Item si unius patroni tres forte liberi sunt et alterius unus, hereditas ciuis Romani liberti in capita diuiditur, id est tres fratres tres portiones ferunt et unus quartam; bona uero Latinorum pro ea parte ad successores pertinent pro qua parte ad ipsum manuissorem pertinent. Item si alter ex his patronis suam partem in hereditatem ciuis Romani liberti spernat, uel ante mortem quam cernat, tota hereditas ad alterum pertinet; bona autem Latini pro parte decedentis patroni caduca fiunt et ad populum pertinent.

Postea Lupo et Largo consulibus senatus censuit, ut bona Latinorum primum ad eum pertinerent qui eos

pro cr. lib. ti) C. (1) pertinent C. (2) excluditur C.
 (3) heretas C. (4) is C. his edd. praeter 1842. ed. m. 3. Hugo
 con. n i. e. duobus. non recte. (5) hereditatem C. omnibus
 suis litteris. edd. omnes hereditate (6) Gö. dubitabat an defici-
 entis legendum esset, quod ded. HIA. (7) ita C. quem singu-
 larem in pluralem numerum (eos..liberassent) transformarunt

1.22.sq. et Paul. L. 24.D. tit. cit. 37.14. (nullam esse libertorum diuisionem). Ian. L. 34. D. de bon. libertor. 38. 2. et cf. paullo post §§61.62.
 § 60. Vid. Ulp. 27.2.3. Paul. S.R. 3.2. §1. §3. i. f. l. de succ. libertor. 3.7.
 Pomp. L. 2. §2. Iul. L. 23. §1. D. de bon. libertor. 38.2. Pomp. L. 4. D. de
 operis libertor. 38.1. § 61. Cf. Ulp. 27.4. et uide ib. 29.4. Paul.
 l. c. §3. Iul. cit. L. 23. D. §2. cit. §3. Inst. pr. l. de adsign. libertor. 3. s.
 Ulp. §8. cit. L. 1. D. 38.4. et passim tot. tit. Ulp. L. 3. §9. D. de bonis liber-
 tor. 38.2. § 62. Vid. §59. Ulp. 17.1. item not. ad 2.188. et 150.
 § 63. Vid. §1. l. tit. cit. 3.7. Iustinian. L. un. §12. C. de Lat. lib. toll. 7.6.
 et Nouell. 78. praef. supra §58. non nomin.] Vid. 2.127.

liberasset; deinde ad liberos eorum non nominatim exheredatos, uti quisque proximus esset; tunc antiquo iure ad heredes eorum qui liberassent, pertinerent. Quo senatus consulto quidam actum esse putant, ut in bonis Latinorum eodem iure utamur, quo utimur in hereditate ciuium Romanorum libertinorum; idemque maxime Pegaso placuit; quae sententia aperte falsa est: nam ciuis Romani liberti hereditas numquam ad extraneos patroni heredes pertinet, bona autem Latinorum etiam ex hoc ipso senatus consulto non obstantibus liberis manuissoris etiam ad extraneos heredes pertinent; item in hereditatem ciuis Romani liberti liberis manuissoris nulla exhereditatio nocet, in bonis Latinorum autem nocere nominatim factam exhereditatione ipso senatus consulto significatur. uerius est ergo hoc solum eo senatus consulto actum esse, ut manuissoris liberi qui nominatim exhereditati non sint, praferantur extraneis heredibus. Itaque et emancipatus

filius patroni praeteritus quamuis contra tabulas testamenti parentis sui bonorum possessionem non petierit, tamen extraneis heredibus in bonis Latinorum potior habetur. Item filia ceterique quos exheredes licet iure ciuili inter ceteros, quamuis id sufficiat, ut ab omni hereditate pra-

edd. omnes propter sq. eorum. Valde dubito an nostro iure eius modi auctoris negligentiam non emendemus: immo, an negligentia non sit: nam cogitatio facile per eius modi ellipses procedit, cf. § 87. „agat...eos.“ (1) quod C. (2) [id] ins. edd. praeter m. 3.4.
 (3) Gö. malebat idque quod receperunt La. et edd. m. 2. sqq. (4) ita
 Gö. lacunam 16 fere litterarum expleuit. (5) sqq. magnam partem Bl. schedis debentur, itaque in Gö. 1. non extant. (6) hntatem C. hereditate edd. (7) ita C. unde apparet prop. Gö.
 (8) tam C. (9) ceteriquos..hredes C. (10) ita iam Gö. 2. defectus schedar. explic. (11) —uian. C. (12) ob Gö. 3. operarum errore. ab omnibic...is C.

§ 64. Vid. §§58.48. et cit. §4. Inst. item in her. ciu. R.] Vid. Ter. Clem. L. 40. de bon. libertor. 38.2. §§ 65. 66. Vid. supra §§19.26.2.132.sq. item Ter. Clem. L. 39. D. de bonis libertor. 38.2.

tris sui summoucantur, tamen in bonis Latinorum, | nisi
 nominatim a parente fuerint exhereditati, potiores erunt ex-
 §67. traneis heredibus. Item ad liberos qui ab hereditate
 parentis se abstinerunt, |
 hereditate exhereditati nullo modo dici possunt, non ma-
 §68. gis quam qui testamento silentio praeteriti sunt. | Ex
 his omnibus satis illud apparet, si is qui Latinum fecerit,
 || 144.
 §69. 1...21. | Item s 61 b.
 | "dispar" heredi t.s.

(1) a hereditate C. ab h. edd. (2) La. temptabat: scum per-
 tinet, quamuis ab extraneis repellantur | ab hered., quod (uel nam) ex-
 hereditati Hschk. prop.: ex sc. latini b (bona) ptinet qu (quia) licet
 alieni habentur | ab hereditate tm (tamen) exhered. Nouissime idem
 et HIA: b latinor. ptinet qu (bona Latinorum pertinent, quamuis)
 alieni habeantur a paterna hereditate, q (quia s. quod) exhereditati
 et sic etiam Gn. nisi quod hic nimie: quia ab hereditate exhereditati.
 (3) et is C. (4) HIA adnotauit: „Sententiam hanc fuisse suspi-
 cor: s. i. q. L. | fecerit, uel liberi eius soli ei heredes facti uivant, cum
 Latinus moritur, nihil novi SCTo introductum esse, quia etiam ex lege
 Iunia ad eosdem bona Latini pertineant, nec extranei heredes sint,
 cui vel ipse manumissor uel liberi praeferrari possint. Sed etsi manu-
 missor Latinum extraneo legauerit (2.195.), SCTo locum non esse vi-
 deri, quod liberos tantum extraneis heredibus praetulerit: qua de re
 tamen non dubito, quin dissenserint ICh, sive extraneo sive uni ex libe-
 ris per praeceptionem Latinus legatus fuerit, et his controversiis maio-
 rem partem pag.144. occupatam fuisse. Sequebantur deinde aliae
 controversiae, et in his prima, ut puto, si liberis tantum heredibus in-
 stitutis unus ex iis se abstinerit uel hereditatem spreuerit, bona Latini
 ad omnes an ad eos tantum, qui heredes facti sunt (quod uerius est)
 pertineant. Quam quaestionem deinde statim § 69. excepisse uide-
 tur.“ Haec HIA. (5) Gō. loci sententiam hanc esse putat:
 bona Latini ad liberos manumissori ex disparibus partibus succe-
 dentes, nullo extraneo herede interueniente, non pro uirilibus, sed pro
 hereditariis partibus pertinere. HIA haec in text. rec.: Item si nullo
 extraneo herede interueniente liberi | disparibus ex partibus heredes
 facti sunt, bona Latini pro hereditariis partibus, non pro uirilibus
 recte pu || (6) dispare C.

§ 67. Vid. supra 2.123. et 158. ibiq. eitt. II.

145. ----- pu||tant ad eos pertinere, 'quia nullo
 97a. interueniente | extraneo herede senatusconsulto locus non
 est. 'Set si cum liberis suis etiam extraneum heredem §70.
 patronus reliquerit, 'Caelius Sabinus ait tota bona pro uiri-
 libus partibus ad | liberos defuncti pertinere, quia cum 'ex-
 traneus here|s interuenit, non habet lex Iunia locum, sed
 senatusconsultum; | Iauolenus autem ait tantum eam par-
 tem ex senatusconsulto libe|ros patroni pro uirilibus parti-
 bus habituros esse, | quam extranei heredes ante senatus
 10 consultum 'lege Iunia habituri essent, | reliquas uero partes
 pro hereditariis partibus ad eos pertinere. Item quae- §71.
 12 ritur an hoc senatusconsultum | ad eos patroni liberos per-
 tineat, qui ex filia nepte|ue procreantur, id est ut nepos
 14 meus ex filia potior | sit in bonis Latini mei quam extra-
 neus heres; item '[an] | ad maternos Latinos hoc senatus
 16 consultum pertineat quaeritur, id est | ut in bonis Latini
 materni potior sit patronae filius | quam heres extraneus
 18 matris: Cassio placuit utroque | casu locum esse senatus
 consulto; sed huius sententiam plerique improbant, quia
 20 senatus de his libe|ris 'patronarum nihil sentiat, qui aliam
 familiam sequerentur; idque ex eo adparet quod nominatim
 22 exhereditatos 'summouet; nam uidetur de his sentire qui |
 'exheredari a parente solent, si heredes non institu|antur;
 146. neque autem matri filium filiamue, neque auo || materno
 97b. nepotem neptemue, si eum eamue heredem | non instituat,
 exheredare necesse est, siue de iure ciuili | quaeramus, siue
 4 'de edicto praetoris quo praeteritis liberis | contra tabulas
 testamenti bonorum possessio promittitur.

(1) quis C. (2) et C. (3) 'elius C. (4) extraneos
 here|des C. (5) legiun C. (6) (an) omitt. Gō. 2.3. Klentz.
 Heft. La. (7) patronorum corr. HIA. (8) summoueat C.
 summoueat edd. praeter La. 1841. et edd. m. 2. sqq. Gn. HIA. (9) ex-
 heredari C. (10) de ex edicto C.

§ 71. Vid. supra §§45. sqq.

§ 72. Aliquando tamen ciuis Romanus libertus tamquam Latinus moritur, ueluti si Latinus saluo iure patroni ab imperatore ius Quiritium consecutus fuerit; item, ut diuus Traianus constituit, si Latinus inuito uel ignorante patrono ius Quiritium ab imperatore consecutus sit quibus casibus dum uiuit iste libertus, ceteris ciuibus Romanis libertis similis est et iustos liberos procreat, moritur autem Latini iure, nec ei liberi eius heredes esse possunt; et in hoc tantum habet testamenti factionem, uti patronum heredem instituat eique, si heres esse noluerit, alium substitutum tuere possit. Et quia hac constitutione uidebatur effectum ut numquam isti homines tamquam ciues Romani morentur, quamuis eo iure postea usi essent, quo uel ex lege Aelia Sentia uel ex senatusconsulto ciues Romani essent, diuus Hadrianus iniquitate rei motus auctor fuit senatusconsulti faciendi, ut qui ignorante uel recusante patrono ab imperatore ius Quiritium consecuti essent, si eo iure postea usi essent quo ex lege Aelia Sentia uel ex senatusconsulto, si Latini mansissent, ciuitatem Romanam consequerentur, proinde ipsi haberentur ac si lege Aelia Sentia uel senatusconsulto ad ciuitatem Romanam peruenissent. ||

§ 74. Eorum autem quos lex Aelia Sentia dediticiorum numero facit, bona modo quasi ciuium Romanorum libertorum, modo quasi Latinorum ad patronos pertinent. nam

- (1) „Pro tamen uidetur huius loci esse contra uel e diuerso. cf. § 64.“
 HIA. (2) nam ita G. 2. et edd. nam (non n) ut C. item cum HIA nunc scripsi. (3) troianus C. (4) imp. C. sec. Bl.
 (5) liber e heredesse C. (6) eiqui C. (7) xs (pro as) C.
 (8) paciundi C. (9) manumissi essent C. (10) scilicet C.

4.22. et C. pag. 247. y. 2. Ulp. L. 29. § 6. D. mandati 17.1. Paul. L. 37. D.
h. t. 46.1. Cap. ult. Basilic. de fide iussorib. et mandatorib. 26.1. (Fabrot.
4. p. 115., Heimb. 3. p. 105.) ex quo Iustinian. L. 29. C. eod. restituta est.
Greg. Cod. De sponsorib. et fide iussorib. 12.1. (Haen. p. 37. sq.) Item
uide seq. §. cum 4.22. § 4. L. tit. cit. 3. 20. Gai. L. 26. Ulp. L. 27. § 1. L. 10.
pr. cf. Pap. L. 49. § 1. L. 51. § 1. Paul. L. 28. (si contendat) D. h. t. 46.1. Iusti-
nian. L. 3. C. de constituta pecunia 4.18. Paul. S. R. 1. 20. Alex. L. 10. § 1.
Gord. L. 16. et restitut. L. ult. C. h. t. S. 41.

tur, nisi ex epistula diui Hadriani hi quoque adiuuari
uideantur. Praeterea inter sponsores et fidepromis- §122.
sorses lex Apuleia | quandam societatem introduxit: nam si
quis horum plus | sua portione soluerit, de eo quod amplius
dederit, aduersus ceteros actionem habet; lex autem Apuleia
ante | legem Furiam lata est, quo tempore in solidum obli-
gantur: unde quaeritur an post legem Furiam adhuc le-
gis Apuleiae beneficium supersit; et utique extra Italiam |
superest; nam lex eadem Furia tantum in Italia ualet, Apu-
leia uero | etiam in ceteris — — — | — — —
— — — lex | Apuleia non pertinet: itaque si credi-
tor ab uno totum consecutus fuerit, huius solius detrimen-
tum erit, scilicet si is pro quo fideiussit, soluendo non sit:
161. set ut ex || supra dictis apparet, is a quo creditor totum
petit, poterit ex epistula diui Hadriani desiderare, ut pro
parte in se detur actio. Praeterea lege — — — eia cau- §123.
tum est, ut is qui sponsores aut fidepromissores accipiat,
praedicaat palam et declaret et de qua re satis accipiat et

(1) Gö. 1. in textu non habet; Huschk. interpretatus est. (2) so-
cietat. C. (3) habet ex ea lege, quae scilicet ante HIA. (4) prae-
ter Italiam regionibus Hefft. La. Gn. HIA. Gö. adnot. „Gaius primo
de sponsoribus et fidepromissoribus disputat, docetque, legis Apu-
leiae beneficium etiam post legem Furiam latam extra Italiam super-
esse, cum lex Furia tantum in Italia, lex Apuleia autem in ceteris quo-
que regionibus obtineat: deinde ad fideiussores transit: in quo tali-
bus fortasse uerbis usus est: Alia sane est fideiussorum condicio; nam
ad hos lex Apuleia non pertinet.“ et hoc sequentis clausulae initium
receper. Gn. et HIA, nisi quod hic uero pro sane scripsit. (5) so-
lus C. (6) uerecia sec. Gö. i (+ siue a) co(a)retu sec. Bl. C.
Buttm. Porcia, Hollw. Petreia, Haub. et Hefft. Apuleia, Dirks.
Cornelia, La. Crepereia, ut Huschk. ad 4. 95. i. f. coniectauit, qui
postea Pompeia uoluit refert Hschk. etiam ad Fest. uoc. Unciaria
lex (ed. Müll. p. 375.) HIA. rec. Pompeia quod probabile esse puto,
ut C. habuisse popeia sumamus.

§ 122. Vid. ad § 121. cit. § 4. I. 3920. l. Apuleia] Liu. 5. 32. ? — De
confideiussoribus contra uide Mod. L. 39. D. h. t. 46.1. § 123. Plin.
H. N. 10. 23. sect. 31. ciconiae, inquit, abiturae, „ceu lege praedicta die

quot sponsores aut fidepromissores in eam obligationem accepturus sit; et nisi praedixerit, permittitur sponsoribus⁸ et fidepromissoribus intra diem XXX. praedictum postulare, quo quaeratur an ex ea lege praedictum sit; et si indicatum fuerit praedictum non esse, liberantur. qua lege fideiussorum mentio nulla fit; set in usum est etiam si fideiussores accipiamus, praedicere.

§124. Set beneficium legis Corneliae omnibus commune est: qua lege idem pro eodem aput eundem eodem anno uetatur in ampliozem summam obligari creditae pecuniae quam in XX milia; et quamuis sponsor uel fidepromissor in amplam pecuniam, uelut si sestertium cum milium nummum se obligauerit, pecuniam autem creditam

(1) q C. (2) at C. (3) nam C. ita n̄ (non) uult Hschk. et ded. HIA. (4) m̄ti C. (5) usum C. quod nunc non mutauit, ut faciunt edd. in usum fuit Liu. 22.20.6. (6) legem corneliae omnibus C. Possis omnibus hominibus quod amauit Gaius; sed uersatur in civili iure antiquo. (7) milib. C. et milibus Hefft. milium Gö. et La. qui probat quod ed. m. 2. iam recepi milia quod etiam HIA ded. (8) uel fide iussor excidisse affirmat Hschk. et ins. HIA. probabiliter. (9) amplam C. quod ed. m. 4. sec. Hschk. restitui, quod et Gn. et HIA receper. ampliozem eda. ampla pecunia Scaeu. L. 40. pr. D. de statu lib. 40. 7. debitores ampliarum pecuniarum Id. L. 34. §1. D. de legat. III. 32. cf. Hschk. p. 91. sqq. qui etiam ad Pap. L. 49. §1. D. de fideiussor. 46.1. refert. (10) uel si ss̄ m̄ C. uelut si [in] sestertium c | milia Gö. uelut [si] in s. et e. Hefft. ex Unterh. con. Ed. m. 4. c. Hschk. uel si ss̄ c̄ m̄ fecit; uelut sest. et c. ed. m. 2. quod probabat La. (11) edd. non tamen tenebitur;

recedunt. quem locum propter u. lege praedici huc traxit Rudorff. Hic agitur de qualitate suscipiendae obligationis palam (i.e. coram pluribus), ut Ulp. L. 33. D. 50.16. edicti uerbum explicat) denuntianda, testificanda, quasi de ingrossatione debiti accessorii, ut Gai. 4.126. uers. fin. et Ulp. L. 7. pr. D. naut. caupones 4.9., quibus praedicendi uocabulum uim negotii naturam indicandi habet, ut quasi legem contractus negotiue indicet, comparandi sint. Vid. Vell. Pat. 1.13.4. 2.82.2. adde 2.57.4. Nep. Them. 7. Fort. ad h. l. pertinuit etiam Gregor. Cod. De sponsoribus et fideiussoribus. (12.1. et Haen. p. 37. sq.) De lege Pompeia uid. Schol. in orat. in Clod. et Curion. p. 333.5. § 20. Orell. § 124. Vid. Fest. cit. u. Unciaria. Pap. L. 49. D. de fideiuss. 46.1. Iau.

dicimus non solum eam quam credendi causa damus, set omnem quam tunc cum contrahitur obligatio, certum est debitum iri, id est [quae] sine ulla condicione deducitur in obligationem; itaque et ea pecunia quam in diem certum dari stipulamur, eodem numero est, quia certum est eam debitum iri, licet post tempus petatur. appellatione autem pecuniae omnes res in ea lege significantur; itaque si uinum uel frumentum aut si fundum || uel hominem stipulemur, haec lex obseruanda est. Ex quibusdam tamen causis permittit ea lex in infinitum satis accipere, uelut si dotis nomine, uel eius quod ex testamento tibi debeatur, aut iussu iudicis satis accipiatur. et adhuc lege uicesima hereditarium cauetur, ut ad eas satisfactiones quae ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non pertineat. In eo iure quoque iuris par condicio est omnium, sponsorum, fidepromissorum, fideiussorum, quod ita obligari non possunt, ut [regula] plus debeant quam debet is pro quo obligantur: at ex diuerso ut minus debeant, obligari possunt, sicut in at stipulatoris persona diximus; nam ut

equidem Hschkio adsentior facienti in diem xx (tamen duntaxat uiginti) damnatur. (1) tunc (pro tunc) C. (2) et C. (3) et ins. Hschk. HIA. (4) et C. et edd. aut edd. m. 3. sqq. HIA. Gö. prop. item (5) Gaium Iulia de uic. her. scripsisse opinatur HIA in adnot. (6) quoque iure malit HIA. (7) p̄ sitit r. g. C. pro p̄ s. ut [RECVLA] Hefft. possint, ut uerbi gratia ex male intellectis litteris r. g. fecit. (8) deberet is pro quo obligaretur C. et (obligarentur) Hefft. (9) § 113.

L. 24. D. de donat. 39.5. creditam] Vid. Ulp. LL. 1.10. Paul. L. 2. § 3.5. cf. LL. 36...39. D. de R. C. 12.1. Isidor. 5. 25. § 14. pecuniae] Vid. Gai. et Ulp. LL. 11.12. Pomp. L. 178. Herm. L. 222. Paul. L. 5. pr. Cels. LL. 88.97. D. de V. S. 50.16. Iustinian. L. 2. C. de constit. pecun. 4.18. § 125. iussu iudicis] Vid. 4.169. lege uicesim.] cf. inserr. L. 13. D. de transact. 2.15. L. 37. D. de religio. 11.7. et ll. quos ad Fgm. de I. F. § 5. „lege uicesimaria“ citauit. § 126. Cf. § 5. L. de fide iuss. 3.20. Vide supra § 113. et L. 8. § 7...11. LL. 9.16. pr. § 2.5. LL. 34. 38. pr. L. 49. § 2. L. 70. pr. § 1.2. L. 72. D. h. t. 46.1.

astipulatoris, ita | et horum obligatio accessio est principa-
lis obligatiōis, nec plus in accessione esse potest quam in
§ 127. principali re. In eo quoque par omnium causa est,
quod si qui pro reo soluerit, eius recipiendi causa habet
cum eo mandati iudicium; | et hoc amplius sponsores ex
lege Publilia propriam habent actionem in duplum, quae
appellatur depensi. |

§ 128. Litteris obligatio fit velut nominibus transcripticiis.
fit | autem nomen transcripticium duplici modo, vel a re in

§ 129. personam | vel a persona in personam. [A re in per-
sonam trans]criptio fit veluti si id quod tu ex emptiōis
causa aut conductionis aut societatis mihi debeas, id ex-

§ 130. pensum tibi tulero. A persona in personam | tran-

- (1) reo C. et Hefft. (2) ee C. (3) si qui p eo C. si quis
ut Inst., edd. praeter La. et m. 2. sqq. pro eo retinuit Hefft.
(4) mandanti C. (5) utinnoh (pro noib.) C. puto pro utinomib,
unde nunc reliqui edd. veluti in nominibus, nec siglam nob pro nomi-
nibus adgnosco. HIA veluti nominibus, eiecto u. in quasi ex mala
gminatione nato. (6) an C. pro at. (7) psonum C.
cf. not. 10. (8) m C. sec. Bl. quod edd. omiserunt; Hschkio sua-
dente tu dedi. (9) id h. l. et infra § 145. (id uectigal) siglam,
significantem inde, esse Hschk. sibi persuasit, et sic dedit HIA.
(10) psonū C. cf. not. 7.

§ 127. Vid. § 6. l. tit. cit. 3. 20. Quintil. decl. 273. L. Rom. Burg. tit.
14. § 8. Ulp. LL. 4. pr. 25. Iul. 15. pr. L. 18. Afr. L. 21. § 5. Paul. LL. 66. sq.
D. h. t. 46. 1. Alex. L. 11. Gord. L. 14. D. h. t. 8. 41. item L. 6. § 2. L. 10. § 11. L.
20. § 1. L. 40. D. mandati 17. 1. L. 6. C. eod. 4. 35. l. Publilia Vid. infra
4. 22. (Liu. 6. 19. ?) depensi Vid. Gai. infra § 216. 4. 9. 22. 25. 102. 171. 186.
Paul. S. R. 1. 19. § 1. cit. L. Rom. Burgund. Plant. Trin. 2. 4. 25.

§ 128. Cf. Gai. epit. 2. 9. § 12. Vid. infra §§ 134. 137. sq. Cic. de off. 3. 14.
ad Att. 4. 18. in Verr. act. l. 36. II. 1. 23. 36. 39. pro Rose. Com. 1. 5. sqq.
Orator. 47. 158. (AES nunc tantum in accepti tabulis manet). Gell. 14. 2.
Senec. de vit. b. 7. 24. 1. (numquam magis nomina facio, quam cum dono).
de ben. 1. 1. 2. (nomina facturi diligenter patrimonium et uitam debi-
toris inquirimus). 2. 23. 2. 3. 15. 2. (per tabulas plurium nomina inter-
positis parariis facit). 7. 29. 2. Paul. L. 9. pr. D. de pact. 2. 14. Pr. l. de
litt. obl. 3. 21. Pomp. L. 1. D. de ann. leg. 33. 1. Pap. L. 24. pr. D. de usu
leg. 33. 2.

§ 129. Cf. Gai. ep. l. e. Theophil. ad Inst. l. e. Vid.
Pomp. L. 4. § 1. D. de peculio 15. 1. Paul. L. 52. pr. D. eod. L. 26. § 2. D.
mandati 17. 1.

§ 130. Cf. Gai. ep. l. e. Vid. Liu. 35. 7. Gai.

scriptio fit veluti si id quod mihi Titius debet, tibi id ex-
pensum tulero, id est si Titius te delegauerit | mihi.

33a. Alia causa est eorum nominum quae arcaria uocantur: in § 131.
his enim rei, non litterarum obligatio consistit, quippe
non aliter ualent, quam si numerata sit pecunia; | nume-
ratio autem pecuniae re modo facit obligationem: qua de
causa re/cte dicemus arcaria nomina nullam facere obli-
gationem, set obligatiōis factae testimonium praebere.
unde [non] proprie dicitur arariis nominibus etiam pere- § 132.

(1) te se C. Hefft. num a se? Hschk. et HIA: te (pro) se referens ad
Ulp. L. 11. pr. D. de nouation. 46. 2. Senec. de benef. 4. 2. Dioel. et
Max. L. 5. C. de nouation. 8. 42. (2) reb C. quod frustra tue-
bantur Brinkm. et Hugo. Gō. 1. 2. cum Buttm. rerum et ita Klenz.
Hefft. et ed. m. 1. (3) qipe C. (4) ualet C. Hefft. et ed.
m. 1. quod retineri uolunt Brinkm. et Hugo. (5) Sau. con-
pecuniae iure naturali quod Gō. 1. 2. Klenz. et ed. m. 1. receperunt.
Hugo pecuniae creditae quod Hefft. placebat. La.: rei non [littera-
rum] f. quod edd. m. 2. 3. secutus sum; inmerito, puto. Schmidt
prop.: re iam f. ego feci p̄ re m (pecuniae re modo) cf. 2. 156. 3. 121.
(qui modo) 4. 16. (quae modo). neque nunc aliter censeo, postquam
legi Hschkii coniecturam, illud n (non) aut a librario perperam ad-
ditum esse aut ti (tantum) significare. HIA: rei facit. Ceterum rei
obligatio, litterarum obligatio (cf. § 131.), Gaiō minus usitati genetiui
sunt. In C. Rein litteram & insolitae formae esse adn. Bl. (6) ma-
lim dicimus. (7) non omis. C. et edd. praeter HIA. improprie uol-
uer. uan der Hoenen et huius mentione nulla facta Hschk. adnotans
'proprie h. l. absurde poni'. Ed. m. 4. locum sic accipi posse adno-
tatum est: proprie dicitur esse pro et haec quidem etiam uera prouer-
biū Arcariis...obligari ratio est. sed cum neque hoc Gaiānae simplici-
tati puritatisque satis aptum uideatur, non dubitauit a librario omis-

L. 13. pr. D. ad SC. Vell. 16. 1. Paul. L. 26. § 2. D. mandati 17. 1. item Cic.
ad diu. 9. 10. (Sueton. in f. gramm. 14.) § 131. Vid. Cic. Top.
3. 16. pro Font. 2. § 3. Donat. ad Terent. Phorm. 5. 7. 26. Adolph. 2. 4. 13.
item Senec. ep. 26. 7. i. f. s. Paul. L. 34. pr. D. de rec. qui arbitr. 4. 18. et L.
40. D. de R. C. 12. 1. Scaen. L. 26. D. de pec. const. 13. 5. (non etiam L. 41.
§ 17. D. de fideic. lib. 40. 5.) Ulp. L. 20. D. de pign. et hyp. 20. 1. Instrum.
uenditionis a. p. Chr. 540. ap. Marin. Papii dipl. n. 115. siue Spangen-
berg. Tab. negotior. p. 246. v. 10. sq. numeratio aut. pec. et c.] Vid.
Cic. pro Rose. Com. 4. Gell. 14. 12. Paul. L. 126. § 2. D. de V. O. 45. 1.
§ 132. Vid. Ascon. argum. Cornelianae (ed. Baiter. p. 37. sqq.) item Paul.

grinos obligari, quia non ipso nomine, set numeratione pecuniae obligantur; quod genus obligationis iuris gentium §133. est. | ^{transscripticiis} uero nominibus an obligentur peregrini, merito quaeritur, quia quodammodo iuris ciuillis est talis obligatio: quod Neruae placuit: Sabino autem et Cassio uisum est, | si a re in personam fiat nomen transcripticium, etiam peregrinos obligari; si uero a persona §134. in personam, non obligari. | Praeterea litterarum obligatio fieri uidetur ^{chirographis et syngrafis}, id est si quis debere se aut daturum se scribat, ita scilicet ^{ut [si] eo nomine stipulatio non fiat}: quod genus obligationis proprium peregrinorum est.

sam negationem adicere, non, ut hia fecit, n ex fine litterarum reiuersus 3. longe superioris (cf. not. 5. praec.) huc trahere. (1) ipse nomen nomenclatione C. (2) ^{transscripticiis} C. ^{transcripticiis} edd. (3) ita C. ^{chirographis et syngrafis} edd. praeter meas et La. Gn. et hia. (4) ^{ut si C. ut cum cett. edd. m. 1. 3. omiserunt et si ed. m. 4. c. adn. „possis etiam uti eo n.“} Nunc si quod a librario stipulatio iam h. l. scribere incipiente deleri debebat, uicinis inclusi.

L. 126. §2. D. de V. O. 45.1. Cic. pro Rab. Post. 2, 4. sqq. 12, 34. sqq. Or. de prou. cons. 4, 8. § 133. Vid. §§129. 120. item §§93. 132. Paul. L. 84. §1. D. de R. I. 50. 17. cum Ulp. L. 1. D. de R. C. 12. 1. Iul. L. 16. §4. D. de fideius. 46. 1. = Paul. [Julian. *Halca.*] L. 10. D. de O. et A. 44. 7. § 134. Vid. Pseudo-Asc. in Verr. 2. 1, 60. 91. (Baier. p. 175. 184. et apud Heimbach. *Lehrv. d. Creditum* p. 517. sq.) Cic. Verr. II. 1. cit. c. 36. pro Rab. Post. 3, 6. ad Att. 5. 21, 8. 6. 2, 5. Philipp. 2. 37, 95. Or. pro domo 50, 129. De har. resp. 13, 29. c. 16, 34. pro Mur. 17, 35. ep. ad diu. 7. 17. 18, 1. Senec. de ben. 2. 23, 3. (nolunt nomina secum fieri... nec chirographum dare) 7. 10, 3. (diplomata et syngraphas et cautiones). Gell. 14. 2. 7. Suet. Iul. 17. Cal. 12. (iure iurando et chirographo cauit). Iuuenal. 13, 135. Pomp. L. 4. §1. D. de peculio 15. 1. Mod. L. 26. §1. D. de pign. et hyp. 20. 1. Call. L. 3. pr. D. de I. F. 49. 14. (domestica cautione et chirographo obligaret se ad praestandum). Arc. Hon. et Th. L. 6. Th. C. de denuntiatione 2. 4. (debiti quod... in litterarum obligationem facta cautione translatum est). (Th. C. Si certum petatur de chirographis 2. 27.) Spartian. in Hadr. c. 7. (debitoribus... ingentes summas remisit, syngraphis... incensis). Amm. Marc. 18. 5, 12. (pecuniam quam per syngrapham debere se). Vid. etiam Plaut. Asin. 1. 3, 35. 4. 1, 1. (= diploma ad iter faciendum: Capt. 2. 3, 90.) Glossar. bibl. S. Genou. X. 2. Paris. u.

22 Consensu fiunt obligationes | in emptionibus et uendi- §135. tionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. Ideo autem istis | modis consensu dicimus obli- §136. gationes contrahi, quia neque uerborum || neque scripturae 164. 33b. ulla proprietates desideratur, set sufficit eos qui negotium gerunt, consensisse: unde in | ter absentes quoque talia negotia contrahuntur, ueluti per epistulam aut per internuntium, cum alioquin uerborum obligatio inter | absentes fieri non possit. | set absenti expensum ferri potest, etsi §138. uerbis | obligatio cum absente contrahi non possit. | 6 Item in his contractibus alter alteri obligatur de | eo quod §137. alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet, cum 10 alioquin in uerborum obligationibus alijus stipuletur, alius promittat, et in nominibus | alius expensum ferendo obligetur, | alius obligetur.

(1) *stis modis consensu* C. (2) sic Dig. et Inst.; § C. pro q̄ (3) Cf. seq. not. (4) *mendose* C.: alius stipuletur alius promittat et in nominibus | alius expensum ferendo obligetur alius obligetur. Sed et cognatum peccatum librarius commisit, quod hia adnotatione recte reprehendit, et nos nunc emendauimus, id quod locum *sed absenti... non possit* (i. e. § 138.), qui statim post extrema § 136. uerba *non possit* scribi debebat, post § 137. conlocauit. Neque uero

Graphium apud Heimbach. lib. cit. p. 520. sq. item instrum. Graec. ap. Leemans Papyri Graeci musci Lugd. Bat. 1823. 4^o. p. 77. et Scaeu. L. ult. pr. D. de O. et A. 44. 7. *si eo nom. stip. non fiat* Vid. 4. 116^o. Pomp. L. 1. D. de ann. leg. 33. 1. (ex stipulatu aut nomine facto petatur.)

§§ 135...137. L. 2. D. de O. et A. 44. 7. (*Gai. lib. 3. Instit.*) Inst. De consensu obligatione 3. 22. Cf. *Gai. epit.* 2. 9. §13. § 135. Vid. Paul. L. 1. §2. D. de rer. permut. 19. 4. L. 48. Iau. L. 55. D. de O. et A. 44. 7. Paul. L. 35. §2. D. de V. O. 45. 1. Ulp. L. 2. §§3. 4. D. de pactis 2. 14. Ulp. Inst. fr. 3...8 (9...11). § 136. Vid. Paul. L. 2. pr. D. pact. 2. 14. L. 1. pr. §1. D. mandati 17. 1. Mod. L. 4. pr. D. pro soc. 17. 2. Paul. L. 1. §2. D. de contr. empt. 18. 1. L. 35. §2. D. de V. O. 45. 1. et L. 124. D. de R. I. 50. 17. cum super. §92. infer. p. 154. *per ep. a. p. int.* Cf. Plaut. Glor. 4. 6, 10. § 137. Vid. Ulp. L. 19. D. de V. S. 50. 16. *ex bono et aeq.* Vid. 4. 61. *praestare* Vid. Non. Marc. h. u. ed. Mercier. 371. *in uerb. obl.* Vid. supra §92. *in nominib.* Vid. supra §§128. sqq. § 138. Vid. §§129. sq. et 92. 102. 105.

[DE EMPTIONE ET VENDITIONE.]

- § 139. ¹Emptio et uenditio contrahitur cum de pretio conuenerit, |
quamuis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra qui- |
dem | data fuerit: nam quod arrae nomine datur, argu- |
§ 140. mentum | est emptionis et uenditionis contractae. Pre- |
tium autem | certum esse debet: alioquin si ita inter eos |
conuenerit, ut quanti Titius rem aestimauerit, tanti sit em- |
pta, Labeo negauit ullam uim hoc negotium habere; ²quam- |
sententiam Cassius probat: Ofilius et eam | ³emptionem esse |
putat et uenditionem; cuius opinionem Proculus secutus est.
- § 141. Item pretium in numerata pecunia consistere debet: ⁴nam 165.

cum HIA hanc librarii socordiam in causa fuisse puto, ut uersus 14. et prior §. 15. pars a scriptura uacui relinquerentur, sed §. 14. rubricae inscribendae destinatum fuisse arbitror, ut multis aliis locis et seq. paginae §. 20. (1) Linea 14. et prior pars §. 15. in C. uac. sunt. (2) ex Inst. prior §. 15. pars suppleta est. (3) nos uult Hschk. aliquos Inst. quod praetulerim. (4) Heis. maluit q. s. et C. probat, at (at) post probat ins. HIA. inutiliter. Saui. sequuntur edd. (5) Gō. et edd. emptionem putat et uenditionem, sed excidisse uidetur | *ion ēē* (esse) putat et uenditionem. (6) sic Inst. in C. (pro n')

§ 139. Pr. I. de emptione et uend. 3. 23. Cf. Gai. epit. 2. 9. § 14. Ulp. L. 9. pr. D. h. t. (de contr. empt.) 18. 1. Vid. Senec. de ben. 1. 9. 4. de pret. conu.] Vid. Ulp. L. 2. § 1. LL. 36. 38. Pap. L. 72. pr. D. eod. 18. 1. Dioel. et Max. LL. 3. 9. C. eod. 4. 38. Gord. L. 4. C. de peric. et comm. rei uend. 4. 48. Non. Marc. u. Pretium (dicitur quod re empti datur). arra] Vid. Gai. L. 35. pr. D. h. t. 18. 1. Ulp. L. 5. § 15. D. de inst. act. 14. 3. L. 11. § 6. D. de A. E. et V. 19. 1. L. 17. § 5. D. de praescr. uerb. 19. 5. Scaeu. LL. 6. pr. s. D. de lege commiss. 18. 3. Dioel. et Max. L. 2. C. qu. lic. ab empt. 4. 45. L. 3. C. de A. E. et V. 4. 48. Iustinian. L. 17. C. de fide instrum. 4. 21. Varro de L. L. 5. 175. (Müll. p. 68.) Isidor. Or. 5. 25. 20. 21. 9. 7. 6. Suidas u. Ἀραβίων (ἢ ἐν ταῖς ὀναῖς περὶ τῶν ὠνομενων διδομένη πρώτη και ἀβολή ὑπὲρ ἀσφαλείας). § 140. Cf. § 1. I. tit. cit. 3. 23. Vid. Ulp. L. 7. § 1. 2. L. 37. Gai. L. 35. § 1. D. h. t. 18. 1. Marcian. L. 16. § 9. D. de pignori. 20. 1. Iustinian. L. 15. C. h. t. 4. 38. Cf. etiam infra § 143.

§ 141. § 2. I. tit. cit. 3. 23. Cf. Paul. L. 1. § 1. D. h. t. 18. 1. Vid. Cels. L. 16. D. de condict. e. dat. 12. 4. Paul. L. 1. D. de rer. permut. 19. 4. § 5. § 1. D. de praescr. uerb. 19. 5. Gord. L. 1. Dioel. et Max. LL. 7. s. C. de rerum permut. 4. 64. L. 9. C. de rescind. uend. 4. 44. § 41. D. de R. D. 2. 1. § 2. I. de

in ceteris rebus an pretium esse possit, | ueluti homo aut |
toga aut fundus alterius rei "[pretium esse possit], ualde |
quaeritur: nostri praeceptores putant etiam in alia re posse |
consistere pretium; unde illud est quod uulgo putant, | per |
permutationem rerum emptionem et uenditionem | contrahi, |
eamque speciem emptionis ³et uenditionis | uetustissimam |
esse; argumentoque utuntur Graeco poeta Homero qui |
aliqua parte sic ait:

⁵[Ἐνθεν ἄδ' οἰνίζονται κατηχομένους Ἄγριοι,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' ἀἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινότῃς, ἄλλοι δ' ἀντιῆσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.] |

diuersae scholae auctores dissentiunt alitque esse existi-
mant permutationem rerum, alit emptionem et | uenditio-
nem; alioquin non posse rem ⁶expe|diri permutatis rebus
quae uideatur res uenisse et quae pretii nomine ⁷data esse,
sed rursus utramque | uideri et uenisse et ⁸utramque pretii
nomine datam | esse absurdum uideri. set ⁹ait Caelius Sa-

(1) hoc modo C. (2) ex Inst. (3) *e. uenditionem*] C. em-
ptionis uenditionisque Inst. (4) Iliad. VII. 472..75. (5) Grae-
corum loco C. et reliq. quae uerba Gō. 1. et HIA post Graecos uersus
in text. receperunt. male, ut sqq. Homericus uersus nihil ad permu-
tationem facientes ostendunt et reliqua pro ipsa a Gaio adscriptis
Graecis uerbis posuit librarius, sueto more. (6) *uen. a. m. (m)*
rem C non posse rem edd. ex Inst. La. scribi posse non recte *eam*
rem obseruauit. displicet nunc quod olim prop. *n recte qstnem* (non
recte quaestionem) nam *rem* bis scripsisse librarium puto, sic *n*
posse rem rem (7) *dataeē C.* (8) hoc *utramq* non
omnes Inst. codd. sed Gaii edd. praeter Hefft. et meas 2. 3. omnes
omiserunt, quod sine iusta causa fecisse mihi uidentur. neque pro-
bauerim quod La. 1842. uenisse et ante uenisse inclusit, neque hanc
eius adnot. „potuit etiam, seruato utramque, deberi et ante uenisse.“
(9) *ut C.*

locat. 3. 24. Seru. ad Verg. Georg. 3. 306. (Gaius Homérico confirmat
exemplo). Isidor. Or. 5. 24. § 23. Plin. H. N. 33. 1. 3. Strab. 3. p. 155. (ed.
Almelou. p. 233.) Pomp. Mela 2. 1. Solin. polyhist. 1. Senec. de ben.
5. 10. 1. Tacit. Germ. 6. Aristotel. politic. 1. 9. ed. Bekk.

bius, si rem | Titio uenalem habente, ueluti fundum, ac-
ceperim, et | pretii nomine hominem forte dederim, fundum |
quidem uideri uenisse, hominem autem pretii nomine da-
tum esse, ut fundus acciperetur. |

²[DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE.] | 20

§142. Locatio autem et conductio similibus regulis ³consti-
tuuntur: nisi enim merces certa statuta sit, non uidetur | lo-
§143. catio et conductio contrahi. unde si alieno arbitrio |
merces ⁴permissa sit, uelut ⁵quanti Titius aestimauerit, ||
quaeritur an locatio et conductio contrahatur: ⁶qua de causa | 166.
si fulloni polienda curandaue, sarcinatori sarcienda uesti-
menta ⁸dederim, nulla statim mercede | constituta, postea 4

(1) tibi uenalem habenti C. rem | a te uen. edd. praeter m. 2. sqq. et La. 1842. La. correxit. Hschk. uult retineri C. rem | tibi uenalem habenti ac pro seq. acceperim scribi accesserim. utrumque fecit HIA.
(2) Lineam uacuum relictam, scilicet ad rubricam inscribendam, Hschk., et in adn. HIA, male expleuit uerbis Gaianis ex L. 2. D. 19. 2. (Gai. lib. II. Rer. cottidianar.), quibus ita transpositis 'Proxima emptioni et uenditioni est locatio conductio' Gaianarum Institutionum scripturam (nam proxime sq. §. 21. eadem omnia aliis uerbis dicit) per abundantiam uitiauit. (3) constituuntur C. constituuntur edd. Nunc quod malle adn. ed. m. 4., dedi constituitur. cf. adn. ad 1. 2. in it. Idem Hschk. proposuerat, sed HIA '(et emptio et uenditio)' ante similibus ins. retinens constituuntur. (4) permissa C. promissa edd. omnes. La. adnotauit posse, ego nunc (ed. 4.) affirmo deberi scribi permissa. sic etiam optimi Inst. eodd. „si al. arb. permissum“ et tum „si al. arb. merces permissa“. Haec quoque scripta grant, ante quam mihi Hschkium eandem sententiam (a Gn. et HIA probatam) tueri innotuerat. (5) quatitius C. (6) Malim ex eadem. HIA. (7) fulloin C. (8) dederim C. audax quidem, sed nescio an ferendum dederimus post interiectam aliam orationis partem sequente singulari daturus.

§ 142. Cf. Gai. [lib. II. Rer. cott.] L. 2. pr. D. locati conducti 19. 2. Pr. I. de locatione et cond. 3. 24. Gai. epit. 2. 9. § 15. Ulp. Inst. Fgm. 6(9). Vid. infra § 162. Paul. L. 20. § 1. Ulp. L. 46. D. h. t. 19. 2. L. 19. pr. D. de A. u. A. P. 41. 2. Pap. L. 52. pr. D. de donat. i. u. et ux. 24. 1. Isidor. Or. 5. 25. 12.
§ 143. Cf. § 1. I. tit. cit. 3. 24., c. Theophil. ad h. l. Vid. Gai. L. 25. pr. D. h. t. 19. 2. L. 22. D. de praescr. uerb. 19. 5. § 1. i. f. L. de empt. et L. 15. i. f. C. 4. 38. ad § 140. citt. item infra § 205.

tantum daturus ²quanti inter nos conuenierit, quaeritur an
locatio et conductio contrahatur; uel si | rem tibi § 144.
utendam dederim et inuicem aliam rem utendam accepe-
rim, quaeritur an locatio et conductio contrahatur. Adeo § 145.
autem emptio et uenditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter se habere uidentur, ut in quibusdam
causis quaeri solet utrum emptio et uenditio contrahatur,
an locatio et conductio: ueluti si qua res in perpetuum
locata sit, quod euenit in praediis | municipum quae ea
lege locantur, ut quam diu ⁴id uectigal praestetur, neque
ipsi conductori neque heredi eius praedium | ⁵auferatur; set
magis placuit locationem conductio nemque esse. Item § 146.
⁶si gladiatores ea lege tibi | tradiderim, ut in singulos qui

(1) C. (2) quanti retinent Hefft. La. et edd. m. 2. sqq. Gn. HIA. quantum cett. c. Inst. (3) hoc id Puchta in uersum proxime superiorem traiecit, id praedium, ubi legitur in § 3. I. t. c. Hschk. mauult et HIA ded. inde uectigal (cf. § 129. not. 9. Contra ap. Boeth. ad 1. 119. cit. inde ex id, infra § 175. in C. Ver. ind. pro id scriptum esse adnot. Hschk.); ego nunc quoque malim id (idem) uect. nisi utroque, et domino et conductore consentiente, ut nouns contractus fiat, uectigal neque augeri neque deminui potest. Possis autem pro id legendum esse qd opinari: amat Gaius quidem post quam diu. cf. 1. 61. 2. 137. (4. 82.) (4) auferatur C. (5) querit perperam h. l. ins. librarius: paullo post suo loco est qrit'

§ 144. Cf. § 2. I. tit. cit. 3. 24. Vid. Paul. L. 5. § 2. c. Ulp. L. 17. § 3. D. de praescr. uerb. 19. 5. § 145. § 3. I. tit. cit. 3. 24. Cf. Gai. L. 2. § 1. D. h. t. 19. 2. in praed. mun. et c.] Vid. Paul. L. 1. D. si ager uectigalis... petatur 6. 3. Id. L. 11. § 1. D. de publicanis 39. 4. Pap. Inst. L. 7. pr. D. eod. (cf. infra 4. 28. 32.) Cic. ad diu. 13. 7. et 11. et 8. 9. § 4. Plin. epist. 7. 18. Hygin. de condicionib. agror. p. 116. sq. ed. La. item p. 18. 20. sq. 51. Herodian. 2. 4. § 6. (?) Valentinian. et Valens L. 15. Th. C. 5. 13. ed. Haen. sed mag. plac.] De iure nouo uid. Cod. De iure emphyteutico 4. 66. c. Nouellis. § 146. Vid. Call. L. 38. pr. D. de operis libertor. 38. 1. Manil. Astron. 4. 225. Cic. ad Att. 4. 4. Tertull. ad mart. c. 5. supra 1. 13. et infra § 199. ad u. auctoratus. Senec. nat. qu. 7. 31. 3. (locatus ad mortem infamem). De gladiatoribus: Th. C. 15. 12. Inst. C. 11. 43. Casiodor. Variar. 5. 42. iam enim non dub. et c.] Cf. Paul. L. 20. pr. D. locati 19. 2. Vid. LL. 3. 6. i. f. 7. pr. § 2. LL. 37. 41. 50. D. de contrah. empt.

integri exierint, | pro sudore denarii \bar{x} mihi darentur, in¹⁸
 eos uero singulos | qui occisi aut debilitati fuerint, 'denarii
 mille, quae ritur utrum emptio et uenditio an locatio et²⁰
 conductione contrahatur: et magis placuit eorum qui integri
 exierint, locationem et conductionem contractam uideri, at²²
 eorum | qui occisi aut debilitati sunt, emptionem et uendi-
 tionem | esse; idque ex accidentibus ²apparet, tamquam
 sub condicione || facta cuiusque ³uenditione an locatione: 167.
 iam | enim non dubitatur quin sub condicione res ueniri^{17a}
 §147. aut 'locari | possint. Item quaeritur, si eum auriferae
 mihi conuenerit, | ut is ex auro suo certi ponderis ⁵certae-
 que formae anulos mihi faceret, et 'acceperit uerbi gratia
 denarios CC, utrum emptio et 'uenditio an locatio et con-
 ductio contrahatur: Cassius ait materiae quidem emptio-
 nem | uenditionem contrahi, operarum autem locationem et⁸
 conductionem; sed plerisque ⁹placuit emptionem et uendi-
 tionem contrahi: atqui si meum aurum ei dedero, mercede¹⁰
 pro opera constituta, conuenit locationem conductionem¹²
 contrahi. |

(1) *denarios C. denarii mille HIA* (2) *apparere HIA. ref. ad 2.218.*
 (3) *uenditionem an locationem C. aut Gō. 1. 2. Klenz. Heft. et ed. m. 1.* (4) *locumari C.* (5) *certaequae C.*
 (6) *acceperet C. et edd. dedi ed. m. 4. quod Dig. et Inst. ll. cc. habent; item HIA.* (7) *uenditio C.* (8) *Gaium placet scripsisse propter praecedens ait putat La. Sed h. l. regulam Gaiianam de non admittenda temporum uariatione quam La. detexit (cf. not. ad § 168.) conuenire neque conuenit (ut La. ad 2.244. scripsit) sed conuenit paullo post sequi putauerim. cf. § 140. negauit—probat—putat—secutus est, et quae ipse La. ad 4.79. adnotauit. Verbo placuit de singulis quaestionibus §§ 145...47., ut aliis multis, deciditur.*

18.1. et passim. Afr. L. 34. § 1. D. mandati 17.1. De societate sub condicione contracta uide Iustinian. L. 6. C. pro socio 4.37. § 147. § 4. I. tit. cit. 3.24. et cit. Gai. L. 2. § 2. D. 19.2. Vid. Paul. L. 22. § 2. Alf. L. 31. D. eod. Pomp. L. 20. Iau. L. 65. Lab. L. 80. § 3. D. de contrah. empt. 18.1. Paul. L. 5. § § 1.2. Pomp. L. 26. D. de praeser. uerbis 19.5. et L. 34. pr. D. de auro arg. 34. 2. [ubi uerba eiusdem qualitatis in 'tunc quatenus' corrupta esse uidit Schilling.]

(13) [DE SOCIETATE.] |
 13 Societatem coire solemus aut totorum bonorum aut | §148.
 (15) 14 unius alicuius negotii, ueluti mancipiorum emendorum aut
 15 uendendorum. Magna autem quaestio fuit, an ita coiri §149.
 (17) 16 possit societas, ut quis maiorem partem lucretur, minorem |
 (18) 18 damni praestet: quod Quintus Mucius ¹etiam [contra natu-
 ram societatis esse censuit, set Seruius Sulpicius, cuius]
 (19) 19 praenaluit sententia, adeo ita coiri posse societatem existi-
 (20) 20 mauit, ut dix[erit] illo quoque modo coiri posse, ut quis ni-
 (21) 21 hil omnino da[m]ni praestet, set lucri partem capiat, si modo
 (22) 22 opera eius | tam pretiosa uideatur, ut *aeum* sit eum cum
 (24) 24 coire socie[tate] constat, ut unus pecuniam conferat, alter
 168. non conferat, || et tamen lucri inter eos commune sit;
 17b. saepe enim opera alicuius pro pecunia ualet. ²Et illud §150.
 certum est, si de partibus lucri et damni nihil inter eos
 4 conuenerit, tamen aequis | ex partibus commodum ³et in-

(1) *et pualuit C. ad Inst. suppl. Gō. HIA adn. post cuius addendum uideri etiam, ut appareat quae causa omittendi haec librario fuerit. Sed ἀμοιολέυτων faciunt etiam ei et et Gō. adn. „Spatium quod inter uers. 12. et 13. intercedit, eum solito maius sit, effectum inde est, ut haec pagina 23 tantum uersibus constet“. Miror non 24 uersus, quot singulae C. paginae habent, Gō. numerare et adnotare lineam 13. uaeuam relictam esse (scil. rubricae inscribendae, quam inscripsimus). Fortasse uersus 12. et qui Gō. est 13. (mihi 14.) paullo minoris altitudinis sunt, quam alias tres uersus habere solent. (2) ita bene Latine C. et multi Inst. codd. coiri edd. praeter meas 2. sqq.*

(3) *Et omis. Gō. 1. 2. Klenz. et ed. m. 1. restituit Heft. (4) ut C. Gō. 1. 2. Klenz. Heft. edd. m. 1.4. et edd. m. 2.3 La. 1842. Gn. HIA. aut La. 1841.*

§ 148. Pr. I. de societate 3.25. Cf. Gai. epit. 2.9. § 16. Ulp. L. 5. pr. D. pro socio 17.2. Vid. passim eod. Paul. L. 44. § 1. D. de aedil. ed. 21.1.

§ 149. Cf. § 2. I. tit. cit. 3.25. et Gai. ep. l. c. Paul. L. 30. D. h. t. 17.2. Vid. Ulp. L. 29. § § 1.2. et pr. i. f. L. 5. § 1. D. eod. Dioel. et Max. L. 1. C. eod. 4. 37. Cic. pro Rosc. Com. 10, 28 sq. Quintilian. declam. 320. „socio- rum communia sint damna et lucri“. § 150. Cf. § § 1.3. I. tit. cit. 3.25. Ulp. cit. L. 29. pr. D. h. t. 17.2. Vid. Paul. S. R. 2.16. et L. 10. D. de R. I. 50.17.

commodum inter | eos commune esse; set si in altero par-
tes expressae fue|rint, uelut in lucro, in altero uero omis-
sae, in 'eo quoque quod | omissum est, similes partes erunt.

- § 151. Manet autem societas eo usque donec in eodem ⁸consensu
perseuerant; at cum | aliquis renuntiauerit societati, socie-
tas soluitur: | set plane si quis in hoc renuntiauerit socie-
tati, ut ob|ueniens aliquod lucrum solus habeat, ueluti si
mihi totorum bonorum socius cum ab aliquo heres esset |
relictus, in hoc renuntiauerit societati, ut hereditatem | so-
lus lucri faciat, cogetur hoc lucrum communicare; si quid
uero aliud lucri fecerit quod non captauerit, ad ipsum so-
lum pertinet: mihi ³uero quidquid omni|no post renuntiatam
§ 152. societatem adquiritur, soli con|ceditur. Soluitur adhuc ¹⁸
societas etiam morte socii; | quia qui societatem *contrahit*,
§ 153. certam personam sibi eligit. ²⁰'Dicitur et capitis dimi-
nutione solui societatem, | quia civili ratione capitis dimi-
nutione ²²morti ——— dicitur; set | si athuc consentiant in

(1) eod. C. (2) consensu omnibus suis litteris transer. Gō. sed
sensu C. habet, quod debebat esse *sensu*. consensu La. 1842. ex
Inst. recte. edd. *sensu* (3) uero C. (4) ita C. et
edd. Hschk. fecit et HIA in text. rec.: *Igitur et c. d. s. societatis c' stat*
(societatem constat), quia sed *no dicitur*. solui recte respondet *set*
si et c. (5) Ex incertis qui in sch. sunt litterarum ductibus
La. con. m. *ad simulari* [ut Ulp. L. 59. i. f. D. de cond. et dem. 35. 1.
quia seruitus morti *ad simulari*], Hefft. m. *aequiperari*, Gn. m. *ae-*

§ 151. § 4. I. tit. cit. 3. 25. Cf. Gai. epit. 2. 9. § 17. Vid. Mod. L. 4. § 1. Ulp.
L. 63. § 10. Call. L. 64. Paul. L. 65. pr. § 3. s. L. 70. Ulp. Pomp. Paul.
LL. 14. 18. D. h. t. 17. 2. Diocl. et Max. L. 5. Justinian. L. 7. C. eod. 4. 37.
item Paul. L. 14. § 3. D. comm. diu. 10. 3. Petron. satyric. 10. e. interpp.
Appul. Metamorph. 10. p. 220. (1. p. 705. ed. Oudendorp.) § 152. § 5.
init. I. tit. cit. 3. 25. Cf. Gai. epit. cit. § 17. Vid. Mod. cit. L. 4. § 1. Ulp.
LL. 35. 52. § 9. L. 63. § 8. 10. Pomp. LL. 37. 40. 59. pr. Paul. L. 65. § 9. 10.
D. h. t. 17. 2. Ulp. L. 6. § 6. D. de his qui notantur inf. 3. 2. Paul. L. 21. § 2.
D. de N. G. 3. 5. § 153. Cf. Gai. epit. cit. § 17. Vid. § 7. s. I. tit. cit.
3. 25. supra § 101. Mod. cit. L. 4. § 1. Ulp. L. 63. § 10. cum L. 58. § 2. cf. § 3.
Paul. L. 65. § 11. D. h. t. 17. 2. *cap. dim. morti*] Vide Ulp. citt. L. 59. et
L. 209. etiam 1. 128. ibiq. citt. ll.

- 'societatem, noua uidetur incipere societas. Item si § 154.
cuius ex sociis bona publice aut | priuatim uenerint, solui-
tur societas: sed ²hoc quoque casu | societas ³de ———
169. ^{118a.}consensu contrahitur nudo, ⁴iuris gentium ——— omnes
homines naturali ratione possunt.

4 *Mandatum* consistit siue nostra gratia mandemus siue § 155.

quiperari, Husehk. mortis *instar* habere Gō. mortis *species* fere,
ego olim: mortalitati comparari (ut Ulp. L. 209. D. de R. I. 50. 17. „Ser-
uitutem mortalitati fere comparamus“), HIA m. *paene* par esse quod
proxime ad C. scripturam accedere negari debet. longe similis: m.
similis esse fere dicitur. (1) *societate* C. (2) Inst. *sed*
hoc casu, itaque *ll' qg. casu* Hefft. Husehk. La. ego, ut edd. inde ab
a. 1844. habent. (3) Gō. 1. de ——— Gō. 2. dedit 17
aster. Klenz. prop. *denuo eodem quo modo prior quoque* Hefft. *de-*
nueo quemadmodum prior Husehk. et HIA: *denuo c' trahi p' est q.* (con-
trahi potest, quia); La., quem ed. m. 3. (et Gn.) non sequi debebat,
dedit ut certum: *de qua loquimur nobis*, quod quamuis sch. ductibus
fere conuenire uideatur, tamen neque per se satis aptum esse neque
ita a Gaiō positum inueniri crediderim. malui ed. 4. *derinit q' r*
morte it' q (desinit quasi morte [cf. § 153.] iterumque), ut sic perga-
mus: „consensu contrahitur nudo: iuris (autem gentium obligatio-
nem [siue obligationes] contrahere) omnes...possunt“. sed nunc dis-
plicet istud *it' q* propter siglam et ipsum uocabulum, quod Gaius (ut
nec *denuo*) non amat. Fort. emendatio loci a fine proxime superioris
uersus incipere debet. (4) Gō. 1. dedit 23 asteriscos, Gō. 2.
iuris cum 18 aster. et proposuit *gentium e' n' consentire* (gentium est.
nam c.) Klenz. prop. *gentium regula, qua uti* Hefft. *gentium est*
contractus, quem o. h. n. r. inire possunt. ego olim: *que gentium est*,
cum cons....possint. Husehk. et HIA: *q' gentium e' c' sentire u.* (que gen-
tium est; consentire uero, omn. *et c.* edd. meae 2. 3. et La. dederunt
que gentium est ——— o. h. n. r. p. La. autem sic prop.: *que gentium*
e' n' (est, nam) [uel & quia] c' sentire uel c' sentire (enim) o. h. i. n. p.
Rectius: *iuris a (autem) gentium contractu obligari* (gent. tractu
obligari)

§ 154. Cf. cit. § 8. Inst. et epit. citt. §§ 16. 17. et Paul. L. 65. § 1. item uide
Mod. L. 4. § 1. Ulp. L. 63. § 10. D. h. t. 17. 2. et supra §§ 78. 81. *sed hoc*
quoq.] Vid. Pomp. L. 37. D. tit. cit. 17. 2. supra §§ 135. 136. *iuris. gent.*
Vid. Ulp. L. L. 1. 7. pr. § 1. D. de pactis 2. 14.

§ 155. Cf. Gai. epit. 2. 9. § 18. Id. L. 2. pr. D. mandati 17. 1. Pr. I. de
mandato 3. 26. Vid. Gai. L. 46. § 4. 6. D. de procur. 3. 3. Ulp. L. 10. pr. D.
mandati. Cic. top. 17. 66.

aliena¹ ——— negotia geras, sine ut alterius² ———
 ——— obligatio, et inuicem | alter alteri tenebimur³ ———
 §156. ———, | mihi bona fide praestare oportere. nam si⁴
 tua gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum; quod
 enim tu tua gratia facturus sis, id ex tua sententia, non⁵
 ex meo mandatu face[re] uideberis: itaque si otiosam pecu-
 niam domi te habere mihi dixeris et ego te hortatus fuerim |
 ut eam fenerares, quamuis eam ei mutuam dederis a quo |
 seruare non potueris, non tamen habebis mecum mandati
 actionem: item et si hortatus sim, | ut rem aliquam emereres,⁶
 quamuis non expedierit tibi eam emisse, non tamen⁷ man-
 dati tibi tenebor. et adeo haec ita sunt, ut quae ratur an⁸
 mandati teneatur qui mandauit tibi, ut Titio pecuniam⁹ fe-

(1) Gō. prop. id est siue ut mea quod probat Heff. et rec. Gn. HIA. Huschk. maluit nam siue ut mea La. praeferebat nam uel itaque s. u. m. (2) Gō. prop. quod rec. Gn.: mandem tibi, erit [malim: nascetur] inter nos Huschk. tibi mandem, e. i. n. HIA: mandem tibi, erit mandati (3) C. ductus partim incertos Huschk. ita interpretatus est: in id quantum parerit me tibi atque te Haud multo propius ad illos litterarum ductus accedunt haec mea quae Buchh. laudat et Gn. rec., La. ne memorauit quidem: ideoque iudicium erit in id quod parerit te | Bl. locum de compensatione in mandati iudicio admittenda ex non nullis istis ductibus interpretari uoluit, Gō. de formula ad mandati iudicium comparata. Nouissime sic Huschk. et HIA: ideo quod tunc tibi pensas quod (quod tam me tibi impensas quam) te | mihi bonam fidem praestare oportet (4) extra C. (5) n. (7) C. (6) ita Gō. supplenet. Cf. cit. § 6. Inst. (7) quiamei C. (8) Ita. C. itaque edd. praeter meas 2. sqq. (9) q. C. cf. Inst. (10) ita edd. m. 2. sqq. exemplo Inst. eum Gō. in adnot. ed. 2.; idem in contextu 16 asteriscos posuit. (11) teneant C. (12) Inst.: fenerares. sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum, quia non et c. Huschk. et HIA: fenerares. s' (sed) uerior ē sab. sa (est Sabini sententia), si non

§ 156. Cf. cit. L. 2. pr. et cit. pr. L. eum § 6. tit. cit. 3. 26. Vid. Gai. L. 2. § 6. Ulp. L. 6. § 5. D. h. t. 17. 1. et L. 47. pr. D. de R. I. 50. 17. item Iul. L. 32. Cels. L. 48. § 1. 2. D. h. t. 17. 1. et adeo haec et c. | Vid. Ulp. cit. L. 6. D. h. t. § 4. Paul. L. 58. § 1. ibid. LL. 71. pr. 61. D. de fide iussor. 46. 1. et S. R. 2. 17. § 16. Pap. L. 52. § 3. D. tit. cit. 46. 3. Diocl. et Max. L. 23. C. de fide iuss. 8. 41. Ulp. L. 13. pr. D. de minorib. 4. 4. L. 10. § 11. D. h. t.

20 nerares ——— | ——— §. 20. ——— | pa-
 22 liter ——— ——— | parerit ———
 ———, quia non aliter Titio credidisses, quam si tibi man-
 datum esset. | Illud¹ ———. mandetur quod con- §157.
 170. tra bonos mores || est, non contrahi obligationem, uelut si
 118b. tibi mandem, ut Titio fur|tum aut iniuriam facias. Item §158.
 si quid post mortem meam | faciendum mandetur, inutile
 4 mandatum est, quia generaliter | placuit, ab heredis persona
 obligationem incipere non | posse. Set recte quoque §159.
 6 consummatum mandatum si dum adhuc integra res sit,
 reuocatum fuerit, | euanescit. Item si adhuc integro §160.

generaliter ut pecuniam (pecuniam) fenerares, mandat. (mandatum) sit. sed faenerare Titio iussus sis, ee (esse) mandati actionem (actionem) existimatis, quia non et c. (1) Gō. prop. constat, si tale quid m. Cf. cit. § 7. L. ubi sic legitur: „Illud quoque mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est, uelut si Titius de furto aut de damno faciendo aut de iniuria facienda tibi mandet...“ Huschk. prop. constat, quoties de ea re m. quae Idem (Beitr. p. 97.), Gn. et HIA: constat, si faciendum quod (quid) m. q. Cf. § 158. (2) uultu tibi C. (3) ut C. (4) quis C. quis p. m. m. (aliquid mihi) f. mandet edd. praeter utramque La. et m. 2. sqq. (5) m. det. C. et mandet eae edd. quae quis praemiserunt. cf. not. 4. Huschk., Gn. HIA: si quid p. m. m. faciendum m (faciendum mihi) (6) consummatur C.

§ 157. Cf. § 7. L. tit. cit. et cit. § 18. epit. Vid. Ulp. L. 6. § 3. L. 12. § 11. Paul. L. 22. § 6. D. h. t. 17. 1. Gai. L. 35. § 2. D. de contr. empt. 18. 1. Diocl. et Max. L. 20. pr. C. h. t. 4. 35. item § 24. I. de inut. stip. 3. 19. Gai. L. 70. § 5. D. de fide iuss. 46. 1. Paul. L. 27. § 4. D. de pact. 2. 14. Anton. L. 6. Iustinian. L. 30. C. eod. 2. 3. Th. et Val. L. 5. C. de LL. 1. 14. Pap. L. 15. i. f. D. de condic. inst. 28. 7. (cf. Ouid. Fast. 5. 654. sqq. Senec. de breu. uit. i. f.) Ulp. L. 26. Pomp. L. 27. pr. Iul. L. 61. Pap. L. 123. Paul. L. 134. pr. D. de V. O. 45. 1. Alex. L. 2. Diocl. et Max. L. 4. D. de inut. stip. 8. 39. L. 5. C. de condict. ob turp. c. 4. 7. Ulp. L. 1. § 14. L. de tut. et rat. distrah. 27. 3. item supra 1. 53. i. f. § 158. Vid. supra § 100. ibiq. cit. ll. Ulp. L. 12. § 17. Gai. L. 13. D. h. t. 17. 1. § 159. § 9. L. h. t. 3. 26. Vid. Gai. epit. 2. 9. § 19. Ulp. L. 12. § 16. Paul. L. 15. Gai. L. 27. § 1. Iul. L. 30. D. h. t. 17. 1. Ulp. L. 25. § 14. D. de A. n. O. H. 29. 2. L. 12. § 2. L. 18. i. f. D. de solutionib. 46. 3. § 160. § 10. L. tit. cit. 3. 26. Vid. epit. cit. § 19. Afr. L. 41. D. de R. C. 12. 1. Diocl. et Max. L. 15. C. h. t. 4. 35. Paul. L. 26. pr. § 1. Gai. L. 27. § 3. Afr. L.

'mandato mors | alterutrius 'alicuius interueniat, id est uel
eius qui 'mandarit uel eius 'qui mandatum susceperit, solui-
tur mandatum; set utilita|tis causa receptum est, 'ut si mor-
tuo eo qui mihi mandaue|rit, ignorans eum decessisse exse-
cutus 'fuero man|datum, posse me agere mandati actione; 12
alioquin iusta | et probabilis ignorantia damnum mihi 'at-
ferret. | et huic simile est quod plerisque placuit, si debitor 14 t.s.
me|us manumisso dispensatori meo per ignorantiam solue- 15 t.s.
rit, liberari eum, eum alioquin stricta iuris ratione | non 16
'posset liberari eo quod alii soluisset quam cui soluere
§161. de|beret. | Cum autem is cui recte mandauerim, egres- 18
sus fuerit man|datum, ego quidem eatenus eum eo 'habeo 20
mandati 'actionem, | quatenus mea interest inplere eum
mandatum, | simodo implere potuerit; at ille mecum agere 22 t.s.
non potest; itaque si mandauerim tibi, ut uerbi gratia fun- 23 t.s.
dum | mihi 'sestertiis ē emeris, tu sestertiis cl emeris, non 24 t.s.
habebis mecum || mandati actionem, etiamsi tanti uelis 171.
18a.

- (1) *mandatum* C. (2) ita C. *alicuius* omitt. edd. praeter La. meas 2. sqq. Gn. HIA. (3) ita C. sec. Bl. *mandarit* C. sec. Gō. *mandauerit* Gō. 1. (4) *cui* C. (5) *ut* omis. Gō. 1. 2. Klenz. ed. m. 1. uncis inclusit Hefft. sed La. de hac coniunctione cum sequente accusatio cum infinitiuo refert ad 4. 61., ad SC. Trebell. ap. Ulp. L. 1. § 2. D. 36. 1., ad Ulp. L. 62. pr. D. ad L. Falc. 35. 2. Call. L. 3. § 1. D. de term. moto 47. 21., Vat. fgm. § 127., Hygin. de controu. § 31. Bl., Sic. Flacc. p. 1. Turneb., Colum. 5. 5. 9., Liu. 5. 15. 11., Gell. 3. 2. (6) *furo* C. (7) *non* (*non*) *atferet* C. *adferret* Gō. 1. 2. edd. m. 1. 2. Lp. 1841. *afferret* Klenz. *adferet* Hefft. sed probat *adferret*. *atferret* La. 1842. quasi r significaret rr Cf. pag. 179. 24. 217. 5. (8) *p'sent* C. (9) *abeo* C. (10) *atnem* C. (11) *ss ē emere tu se (pro ss) c I C.*

34. § 1. Pap. L. 57. Paul. 58. pr. D. h. t. 17. 1. Id. L. 6. D. de iur. diet. 2. 1. L. 65. § 10. D. pro soc. 17. 2. L. 108. D. de solutionibus 46. 3. Iul. L. 2. § 6. Ulp. L. 19. § 3. D. de donationibus 39. 5. *et huic sim. etc.*] Vid. Ulp. L. 12. § 2. L. 18. Paul. L. 51. D. de solutionibus 46. 3. cit. L. 41. D. 12. 1. cf. Ulp. L. 26. § 8. D. de condict. ind. 12. 6. L. 11. D. de depos. 16. 3. Gord. L. 3. C. de solution. 8. 43. *dispensatori*] Vid. 1. 122. i. f. § 161. Cf. § 8. I. h. t. 3. 26. Gai. epit. 2. 9. § 20. Vid. Paul. S. R. 2. 15. § 3. Id. et Gai. L. 3. § 2. L. L. 45. 22. pr. § 1. Ulp. L. 10. § 8. Iul. L. 33. Ner. et Iau. L. L. 35. 36. Gai.

mibi dare fundum, quānti emendum tibi mandassem; idque maxime Sabino et Cassio placuit: quod si minoris emeris, habebis me|cum 'scilicet actionem, quia qui mandat ut ē milibus emere|tur, is utique 'mandare intellegitur, uti minoris, si 'posset, | emeretur. In summa sciendum 'est, §162. *quotiens faciendum*] aliquid gratis 'dederim, quo nomine si 'mercedem 'statuissem, | locatio et conductio contraheretur, mandati esse actionem, | ueluti si fulloni polienda curandaue uestimen|ta aut sarcinatori sarcienda 'dederim. |

Expositis generibus obligationum quae ex contractu | §163. nascuntur, admonendi sumus adquire nobis non solum | per nosmet ipsos, set etiam per eas personas quae in nostra | potestate, manu mancipioe sunt. Per 'liberos quoque §164. homines | et alienos seruos quos bona fide possidemus, adquiretur | nobis; set tantum ex duabus causis, id est si quid ex operis suis | uel ex re nostra adquirant. Per eum §165.

- (1) *scilicet* C. (2) *mandari* C. (3) *p's* C. *possit* Gō. 1. 2. et ed. m. 1. cum Inst. *posset* cett. edd. (4) sic iam Gō. 1. (5) sic C. *statuerem* Gō. 1. (6) In u. *sarcienda* desinit y. 10. post medium. Librarius nondum plene absoluto priore tractatu y. 11. nouum pensum incepit non relicto uersu uacuo ad inscribendam rubricam PER QVAS PERSONAS NOBIS ADQUIRITVR. (7) *liberos* C.

L. 41. D. h. t. 17. 9. Gell. 1. 143. *quia qui mand.]* Vid. Ulp. L. 1. § 4. D. de V. O. 45. 1. L. 27. § 3. D. de receipt. q. arb. 4. 8. L. 21. D. de R. I. 50. 17. § 162. Cf. § 13. I. h. t. 3. 26. Gai. L. 22. D. de praescr. uerb. 19. 5. Vid. supra § 142. Ulp. L. 1. § 4. L. 6. pr. § 6. 7. L. 10. § 9. Iau. L. 36. § 1. Pap. L. 10. § 9. L. 56. § 3. D. h. t. 17. 1. Seu. et Ant. L. 1. Dioclet. et Max. L. L. 17. 20. § 1. C. eod. 4. 35. Ulp. L. 13. pr. D. de praescr. uerb. 19. 5.

§ 163. Pr. I. per quas personas nobis obligatio adquiritur (h. t.) 3. 28. Cf. supra 2. 86. Vid. 3. 103. sq. 4. 134. sq. Paul. S. R. 5. 8. pr. § 1. I. de stipulat. seruor. 3. 17. Iul. L. 1. § 3. Ulp. L. 11. Iul. L. 14. Flor. L. 15. Pap. L. 18. § 1. 2. Pomp. L. L. 38. 40. D. eod. tit. 45. 3. Ulp. L. 38. § 5. 6. Pomp. L. 40. Ulp. L. 45. pr. Paul. L. L. 78. pr. 126. § 2. L. 130. D. de V. O. 45. 1. Ulp. L. 41. D. de peculio 15. 1. L. 22. D. de solutionib. 46. 3. item Iustinian. L. L. 6. s. C. de bonis quae liberis 6. 61. Plaut. Rud. 5. 3. 28. sq. (*Promisisti huic argentum? Fateor. Quod seruo meo Promisisti, meum esse oportet.*) § 164. § 1. I. tit. cit. 3. 28. Cf. 2. 86. 92. 3. 103. sq. et ibi citt. l. § 165. § 2. I. tit. cit. 3. 28. Cf. 2. 86. 91. cum locis ibi citt.

quoque seruum in quo | usumfructum habemus, similiter 18
 §166. ex duabus istis | causis nobis adquiritur. Set qui nu-
 dum ius Quiritium in seruo | habet, licet dominus sit, mi- 20
 nus tamen iuris in ea re | habere intellegitur quam usu
 fructuarius et bo|nae fidei possessor: nam placet ex nulla 22
 causa ei | adquiri posse; adeo ut etsi nominatim ei dari
 stipulatus | fuerit seruus, mancipioe ³nomine eius accepe-
 rit, || quidam ⁴existiment nihil ei ⁵adquiri. Communem 172.
 seruum | pro dominica parte dominis acquirere ⁶certum est, 18b.
 ex|cepto eo quod uni nominatim stipulando | aut mancipio ⁷
 accipiendo illi soli ⁸adquirat, | uelut cum ita stipuletur
 TITIO DOMINO MEO DARI SPON|DES? aut cum ita mancipio ae- ⁹
 cipiatur HANC REM EX IVRE QVIRITIVM LVCH TITII | DOMINI MEI
 ESSE AIO EAQVE EI EMPTA ESTO HOC AERE AENEA | QVE LIBRA. ¹⁰
 §167a. illud quaeritur ¹¹an quod nomen adie|ctum unius domini effi-
 cit, idem faciat unius ex dominis | iussum intercedens: 10
 nostri praeceptores perinde ei qui iusse|rit, soli atquiri
 existimant, adque si nominatim | ei soli stipulatus esset 12

(1) habent C. (2) alia inseruit C. unde h. l. aliquid scribi uult
 Hschk. parum Latine. (3) nomencius C. (4) existimant
 C. „ut cum indicatio 1.13.40.59.115.123. 2.78.112. 4.66.“ La. (5) ad-
 quiri C. (6) certē C. (7) ū (uel) mancipi|ando ā (aut)
 mancipio acc. C. (8) adquiritur C. adquirit Inst. (9) tam-
 qdominō nomen adie|ctum domini et perit C. edd. unius non habent.
 Hschk. uult num quod unius nomen adie|ctum domini efficit sed
 nra ded. ut nos. Librarium omno (unius) ita signasse puto, ut
 transponendum esse uocabulum adpareret.

§166. Cf. 2. ss. 4.134.sq. Ulp.19.20. §167. §3.L.tit.cit.3.28.
 cum Theophilo ad h.l. Cf. §3.L.de stipul.seruor.3.17. Iustinian. L.3.
 C.per quas pers. nob. adq. 4.27. Dig.de stipulatione seruor.45.3. pas-
 sim (LL.4.2.4...13.17...21.27...29.37.) stipuletur] Vid.3.92. manc.
 accip.] cf. 2.87. ibiq. c.itt.ll. Vid.1.119. §167a. Vid.ll.citt.et
 imprim.Iustinian.cit.L.3.C.4.27. Pomp.L.6. Ulp.L.9. §1. Paul.L.
 33. §1.D. de stip. seru.45.3. Ulp.L.25. §6.D. de usufructu 7.1. Ulp.L.
 23. §3. Iul.L.37. §§2...4.6. Tryph.L.63. §2. D. de acquirendo rerum do-
 minio 41.1.

seruus mancipioe | acce|pisset; diuersae scholae auctores
 14 pro inde utrisque | adquiri putant, ac si ²nullius iussum inter-
 uenisset.³

Tollitur autem obligatio praecipue solutione eius quod §168.
 16 debeatur: | unde quaeritur, si quis consentiente creditore
 al|lii pro alio soluerit, utrum ipso iure liberetur, quod |
 18 nostris praeceptoribus | placet, an ipso iure maneat | obli-
 20 gatus, set aduersus petentem exceptione | doli mali defendi
 debeat, quod diuersae scholae au|ctoribus uisum est.

22 ¹Item per acceptilationem tollitur obligatio: accepti §169.
 latio autem est ueluti imaginaria solutio: quod | enim ex
 uerborum obligatione tibi debeam, id si uelis mihi remit-
 173. tere, poterit sic fieri ut patiaris haec uerba m|e dicere
 36a. QVOD EGO TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTVM? et | tu re-

(1) acce|pisset C. (2) nullis C. (3) Rubricae QVIBVS MODIS
 OBLIGATIO TOLLITVR ita nullum locum reliquit librarius, ut syllabam
 tol in fine ꝛ. 14. continuo post interuenisset scripserit. (4) placuit
 propter sequens uisum est uolebat La.: Gaium enim his casibus utro-
 bique eodem tempore uti, praesenti: L.11. §2.D. de iuris d. 2.1. L.25.
 D. de m. m. uind. 40. 2. supra 3. 70. L.19. pr. D. de usur. 22.1. L. 63.
 §§12.13. D. ad SC. Trebell. 36.1. infra 4.114.; perfecto: 2. 79. 218. 3. 133.
 149. 218. L. 5. §1.D. de A.R.D. 41.1. L. 7. §7.D. eod. L. 28. §4.D. de stip.
 seruor. 45.3. L. 46. D. de R.N. 23. 2. Sed h. l. praesenti tempore placet
 optinuisse Sabinianorum sententiam Gaius innuerit. (5) fit
 (pro ꝛ.) C.

§168. Cf. pr. I. quib. mod. obl. tollitur 3. 29. Gai. epit. 2. 10. pr. so-
 lutione] Vid. Paul. L. 54. Ulp. L. 52. Marcian. L. 49. D. de solutionibus
 46. 3. Paul. L. 47. Ulp. LL. 176. 187. D. de V. S. 50. 16. Paul. L. 27. §6. D.
 de pact. 2. 14. Ulp. L. 6. §1. D. quib. mod. pign. 20. 6. Vid. etiam Pap. L. 218.
 D. de V. S. Ulp. L. 59. D. de re iud. 42. 1. („soluti iusserit uel praestari uel
 quo alio uerbo hoc significauerit“). Senec. de benef. 6. 5. aliud pro
 alio] Vid. Marcian. L. 46. pr. Paul. L. 98. § 6. L. 99. D. de solutionibus.
 Diocl. et Max. LL. 17. 24. 16. C. eod. 8. 43. Ulp. L. 26. § 4. D. de pecun. con-
 stit. 13. 5. Paul. L. 25. D. de L. D. 23. 3. Senec. de benef. 6. 5. 2.

§169. §1.L.tit.cit.3.29. Vid. Mod. L. 1. D. de accepti latiane 46. 4.
 Ulp. LL. 6. 7. 19. Paul. L. 9. eod. Pomp. LL. 107. 80. D. de solutionib. 46. 3.
 ueluti] Vid. Ulp. L. 7. §1. D. de lib. leg. 34. 3. (accepti latio solutioni com-
 paratur). §173. Senec. de benef. l. c. (uerbis perfecta solutio).

- §170. spondeas HABEO. Quo genere, ut diximus, ²[tantum
hae obligationes solvuntur, quae ex verbis consistunt,] non
etiam ceterae; consentaneum enim visum est verbis factam
obligationem posse aliis verbis dissolvi: ³set et id quod ex
alia causa debeat, potest in stipulationem deduci et | per ⁶
§171. acceptilationem 'imaginaria solutione [dissolui.....] tamen
mulier | sine tutoris auctoritate acceptum facere non po-
test, cum alioquin solui ei sine tutoris auctoritate | possit. ⁸
§172. Item quod ³debetur, pro parte reiecte solui intellegitur; an

(1) ab eo quod C. HIA adn. „Quod sequitur in Inst. Inst.“ sed et
Graece potest acceptum fieri, dummodo sic fiat, ut Latinis verbis
solet: ἔχει λαβῶν δηρία τόσα; Ἐχὼ λαβῶν h. l. excidisse uide-
tur; cf. 3.93. Complura librarius in hac pag. omisit“. (2) ex
Inst. (3) set (pro set) C. (4) imaginaria solutione in C.
imaginaria solutio [ne dissolui]. §. Set tamen Gō. 1. imag. solutione
[dissolui]. §. Tamen Gō. 2. Klenz. Hefft. ed. m. 1. Gn. Ut edd. La. et
m. 2.3. locum habent „[dissolui. §. Ex] imaginaria sol. tamen mul.“,
certe distortus est longeque praestat quod Gō. 2. dedit: primum quid
sit accepti ratio in tollendis obligationibus non verbis contractis in-
dicat Gaius, tum addit mulierem sine t. a. acceptum ferre omnino
non posse. Veri mihi simile olim mihi visum est librarium unius
uersus funus fecisse, u. e. „solutione [dissolui. itaq. | pupillus et s t
a librari p' est q'si solutione] (d. i. | p. etiam sine tutoris auctoritate li-
berari potest quasi s.) tamen mulier (sive potius mulier tamen, sive
a = autem Cf. 2.84.85. et Ulp. L. 2. D. h. t. 46.4. Sed recte contra mo-
nuit HIA, h. l. non de pupillo debitore dici potuisse; nam et de muliere
acceptum faciente sq. locus habet. itaque illa coniectura potius sic fere
concepienda erat: imag. sol. [dissolui. Et cum omnes quibus sine tutoris
auctoritate solui non potest, nec sine ea acceptum facere possunt,] tamen
Hschk. et HIA: acceptilationem [dissolui. §. quamvis uero dixerimus,
perfici acceptilationem,] imag. solutione, tamen (5) debet pro
parte debet rectillimè reiecte soluit C. Gō. et La. Klenz. Hefft. et ed.
m. 1. deder.: debetur, pro parte —————, recte soluitur An-
dreae conii.: parte creditori uolenti r. soluitur et sic HIA, nisi quod uo-

§ 170. cit. §1. I. 3. 29. Cf. Ulp. L. 8. §3. Vid. Id. L. 13. §7. Flor. L. 18. Lab.
L. 23. D. de acceptil. Pomp. c. it. LL. 107. 80. D. de solutionib. Ulp. L. 35. D.
de R. I. 50. 17. Gai. L. 100. Paul. L. 153. D. eod. Donat. ad Ter. Adolph.
2. 1. 10. set et id et c.] Vid. Ulp. L. 13. §10. cf. § 2. D. de acceptilat.
Diocl. et Max. LL. 2. §. C. de acceptilationib. 8. 44. § 171. Cf. 2. 85.
ibiq. cit. Cic. infra §176. § 172. Cf. cit. §1. i. f. 3. 29. pro p. recte

autem in partem 'debiti' acceptum fieri possit, quae si-
tum est.

²[Est] etiam alia species imaginariae solutionis per §173.
³aes | et libram; quod et ipsum genus certis in causis 're-
¹²ceptum est, ueluti siquid 'eo nomine debeat quod per
³aes et libram | gestum 'esset, siue 'quid ex indicati causa
¹⁴'debitum sit. ⁹Athibentur autem | non minus quam §174.
quinque testes ¹⁰et libripens; deinde is qui 'liberatur, | ita

lenti omisit. Huschk.: parte debitor uolenti recte soluit Postea
idem: debetur pro parte debiti creditori recte soluitur Mihi per-
suasi, ut alias, ita hoc quoque loco non nulla uerba a librario et per-
peram posita et mendose repetita esse. possit etiam simpliciter:
quod debetur, pro parte quidem recte soluitur, ut Inst. praeter qui-
dem habent. (1) debiti (debet C.) recte, ut Inst. ostendunt, huc
traxit HIA. (2) Ex praeced. est geminauit Heis. (3) ae C.
(4) receptisum C. (5) eius malebat Gō. (6) et. C. (pro
et = esset, ut prob. La., nunc dedi) est edd. (7) et C.
(8) debet C. quod pro debet. r'it sumpsi. Huschk. prop. debeat
La. debetur (9) athibematur (s) C. (10) ed C. Gō.
athibent' at interpretatus est. recte: nam prima persona (adhibemus)
ita in eius modi regulis non ponitur. (11) liberat C.

solu.] Vid. Ulp. L. 9. §1. D. de solutionib. 46. 3. Paul. L. 2. §§ 1. sq. L. 85.
Ulp. L. 3. pr. D. de V. O. 45. 1. Iul. L. 21. D. de R. C. 12. 1. Ulp. L. 26. §13. C.
de condict. indeb. 12. 6. Mod. L. 41. §1. D. de usur. 22. 1. an autem et c.]
quod pure affirmant Inst. l. e. Paul. L. 9. Pomp. L. 10. Iul. L. 17. D. de ac-
cepti lat. 46. 4. distinctim Ulp. L. 13. §§ 1. 3. 5. D. eodem.

§ 173. Vid. Liu. 6. 14. (rem creditori palam populo soluit, libraque
et aere liberatum emittit). Varro de LL. 7. 105. (Müll. p. 161.) Cic. de
or. 3. 40. init. de LL. 2. 20. sq. §§ 51. 53. pro Mur. 2. 3. ad 1. 119. cit. Fest.
u. Nexum (Müll. p. 165.) et impr. ad 1. 122. cit. Schol. ad Pers. sat. 2. 59.
item ad sq. §. c. it. ll. quod per a. et l. gest.] Vid. Pomp. L. 80. D. de
solution. 46. 3. (Prout quidque contractum est, ita et solui debet).

§ 174. Vid. 1. 119. 2. 104. (heres. mancipio dare. debet). solu] Varr.
de LL. 5. 153. (Per trutinam solui solitum, vestigium etiam nunc ma-
net in aede Saturni, quod ea etiam nunc propter pensuram trutinam
habet positam). (Liu. 1. 24. foederis iciendi forma: „ut illa palam pri-
ma postrema ex illis tabulis ceraue recitata sunt sine dolo malo“. Item
ad Hschk. emend. pertinet Mod. L. 20. pr. D. de liberat. leg. 34. 3. quam
ille sic legendam esse docet: „Aurelio Sempronio fratri meo [eidem-
que heredi scriptoris]. Onesimum molestari nolo nomine debiti ne-

oportet loquatur QVOD EGO TIBI TOT MILIBVS ¹⁶ eo nomine DAMNAS SVM, EOS TIBI NUMMOS SOLVO LIBROQVE HOC AERE AENEAEQVE | LIBRA: HANC TIBI LIBRAM PRIMAM POSTREMA FERIO | DARE LEGE IVRE OBLIGATVS. deinde asse percussit ¹⁸ libram ¹⁷ eum|que dat ei a quo liberatur, ueluti soluendi ^{175.} causa. Similiter legatarius heredem eodem modo liberat de legato quod per damnationem relictum est, ut tamen scilicet, sicut indicatus damnas ex causa iudicati se esse significat, ita heres testamento dare damnas se esse

(1) Codicis maximam partem incertus ductus sic interpretatus sum: eo nomine d. su meos tibi nummos GÖ.: EO NOMINE... La. uoluit: eo nomine u. eo i. udo d. (uel eo i. iudicio damnatus) sum eos nummos Huschk. (Stud. p. 293.): eo nomine iur. e. nexi sum damnas; tum Huschk. (Beitr. p. 100.): eo nomine uul. | incipi (uelut LEGE MANCIPII) sum damnas (SVM DAMNAS) HIA ded.: uelut SECUNDVM MANCIPIVM SVM DAMNAS (2) *lieroq* C. *liberoque* edd. omnes. quod et rei et linguae legibus repugnat. Sequenti n. 23. C. *librari* habet pro *liberari*. (In L. 20. pr. D. 34.3. Aurelius absoluit ei [debitori] et liberat ex pignori-ribus eius domum et c.) ponderibus pendere Liu. ap. Priscian. de figuris numeror. 3. 13. (3) *postremaque* C. GÖ. 2. 3.: POSTREMA... Huschk. et HIA: POSTREMAQVE SECVS | La. prop.: Hanc ubi libram primam postremam feri n. | (feri, nihil) Ego quoque ex C. *noce* feci m. (4) *delegatus* (s. el pro obligatus) C. HIA (ut Huschk.): DVM (SECUNDVM) LEGEM PBLICAM quod ed. m. 4. secuta est. GÖ. 3.: DE LEGE IVRE OBLIGATVR. Bluhm. uoluit: POSTREMAQVE PERINDE LEGE IVRE RELIGATVS (in quo perinde admitti nullo modo potest). Leist. prop.: AERIS | DO LEGE IVRE OBLIGATVM (sed qui liberatur non dat libram pr. post. aeris, neque libra obligata est). Ego de C. siglam uerbi dare hoc quoque loco esse sumpsit. (Ed. m. 3. per operarum errorem et Lachmanni DE L. ... OBLIGATVR et 16 litt. deficientium indicationem habet.) (5) *cum* | *de* | *liberatum* C. (6) Feci nune, postquam priorib. edd. lacunas 33 et 23 litterar. cum GÖ. indicaueram: sicut indicatus d. ex ca iudicati se esse significat ita h. testo dare damnas re La.: „Ego et Rudorffius [cf. hunc in Ztsch. f. g. RW. 14. p. 410.] coniuncta opera e uestigiis litterarum haec eruiimus: scilicet, sicut iudicatus sententia damnatum se esse significat, ita heres

que exigere te aliquid ab eo et r. lege iure] Cf. formul. SIREMPS LEX IVS. ET IVRE LEGE in L. Rubr. c. 21. et Gell. 5. 19. § 9. aliosque locce. ad 2. § 104. supra citt., iure legis: Proc. L. 44 D. de adopt. 1. 7. de lege: Ulp. L. 1. § 16. D. de fluminib. 43. 12. § 175. Vid. eit. Cie. de LL. 2. 20. sq.

dicat. de eo tamen tantum potest hoc modo liberari, quod pondere, numero constet; et ita si certum sit: quidam et de eo || quod mensura constat intellegendum existimant. ^{174.} ^{36b.}

Praeterea nouatione tollitur obligatio, ueluti si quod § 176. tu mihi debeas, a Titio dari stipulatus sim; nam interuentu nouae personae noua nascitur obligatio et prima tollitur translata | in posteriorem, adeo ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollatur, ueluti si quod mihi debes, a Titio post mortem eius uel a muliere pupilloue sine tutoris auctoritate stipulatus fuero; quo casu rem | amitto, nam et prior debitor liberatur et posterior obligatio nulla est: non idem iuris est si a seruo stipulatus fuero, nam tunc [prior] proinde athuc obligatus tenetur, | ac si postea a nullo stipulatus fuisset. Sed si eadem | persona sit, a qua postea stipulatur, ita demum nouatio | fit, siquid in posteriore stipulatione noui sit, forte si condicio uel dies aut sponsor

iudicio defuncti damnatum se dicat.“ Huschk. (Nexum. p. 236.) prop. quod rec. HIA: scilic. ubiq (scilicet ubi qua) de causa alti (alteri) damnatum se esse significatur, h (heres) illi to (testamento) dare damnatum esse dicat. (1) u (pro u) C. (2) hoc u C. sed GÖ. adn. se nescire an pro hoc in C. sit heo (heres eo) (Proprie per aes et libram soluitur id quod adpenditur.) (3) librari C. (4) ind exman C. (cf. p. 175. § 2.) GÖ. ind. pro id. sumpsit deditque idem existimant. La. interdum pro intellegendum poni ind adnotauit, quod iam ed. 3. recepi. Huschk. l. c. et HIA: idem exist. (5) s. t. a. C. quod GÖ. 1. sine tutore auctore perperam, ut ipse postea adnotauit, interpretatus erat. (6) q C. (7) ex Inst. addidi ed. m. 4. prob. Huschk. item HIA. (8) tenet C. manet Inst. (9) u sponsor (a=) aut dies C. et edd. Non ferendam esse coniunctionum diuersitatem La. adnotauit. sed nec sponsoris mentio inter uerba

§ 176. § 3. I. tit. cit. 3. 29. Vid. Gai. epit. 2. 9. § 11. et supra §§ 38. sq. 100. 107. sq. 119. 170. cf. 179. De nouationibus et delegationibus: Dig. 46. 2. Cod. 8. 42. Ulp. L. 29. § 1. D. de V. O. 45. 1. Vat. Fgm. § 263. Vid. etiam supra § 119. § 177. cit. § 3. I. 3. 29. c. Theophilo. Vid. Iustinian. L. s. C. h. t. 8. 42.

§178. adiciatur aut 'detratur. | Set quod de sponsore 'dixi, 16
non constat: nam, diuersae scholae | auctoribus placuit nihil
ad nouationem proficere sponso|ris adiectionem aut 'de- 18
§179. tractionem. Quod autem diximus¹, si condicio adicia-
tur, nouationem fieri, sic intellegi ^{oportet}, | ut ita dicamus 20
factam nouationem, si condicio ex|titerit; alio quin si defe-
cerit, durat prior obligatio: set uideamus num is qui eo 22
nomine agat, doli mali aut p|acti conuenti exceptione possit
summoneri ^{et uideatur inter eos id actum, ut ita ea res}
peteretur, si 'posterioris || stipulationis extiterit condicio; 175-
Seruius tamen Sulpicius | existimauit statim et pendente 43b.
condicione nouatio|nem fieri, et si defecerit condicio, ex
neutra causa agi |, posse [et] eo modo rem perire; qui con- 4
sequenter et illut re|spondit, si quis id quod sibi Lucius Ti-
tius deberet, a seruo fuerit | stipulatus, 'nouationem fieri 6
^{et rem perire; quia cum seruo | agi non 'potest: set in}
utroque casu alio iure utimur: ^{et nec magis his | casibus no-}
uatio fit, quam si id quod tu mihi debeas, a peregrino, |

condicio et dies. itaque cum Inst. habeant aut dies aut fideiussor, uocabula in ordinem collocaui, probante etiam Buchh. et nunc etiam Hschk. qui uult quod HIA ded.: condicio uel (dies uel) sponsor ad.
(1) trahatur C. (2) Malim diximus Litteram m saepe inutiliter et omisit et adiecit librarius. (3) detractation C. detractationem edd. ante 1841. sed detract[at]ionem iam Hefft. dedit. (4) § 177.
(5) it. Inst. ēT (pro ōT) C. (6) e. uideatur C. uideatur La. 1842. et edd. m. 3. sqq. HIA. (7) p'tiori C. (t pro T) (8) posse eo C. Legi: p'sseteo edd. posse: eo (9) nouationum C. (10) at uoluit Brinkm. male. (11) p's' C. (i. e. potest set) (12) p' C. non edd. omnes, quasi non in C. esset. quod cum adhuc et ipse credidisset, adn. 'malim nec aut ne x (non enim) et HIA fecit: (nam) non (ipse de C. scriptura falsus pro non sumens n non)

§ 178. Vid. supra §§ 116. sq. 119. sqq. § 179. cit. cit. § 3. L. 3. 29. Cf. Gai. L. 30. § 1. 2. D. de pact. 2. 14. Vid. Ulp. L. 8. § 1. L. 14. Pomp. L. 24. Venul. L. 31. cf. Ulp. L. 5. D. h. t. 46. 2. Vid. Iau. L. 36. D. de R. C. 12. 1. LL. 80. 83. D. de I. D. 23. 3. a peregrino] Vid. supra §§ 176. 93. 119. („aut peregrinus“). Liu. 35. 7.

cum quo 'sponsus communio non est, SPONDES uerbo stipu-
10 latus sim.

Tollitur athuc obligatio litis contestatione, si modo le- § 180.
12 gitimo iudicio fuerit actum: nam tunc obligatio quidem
principalis dissoluitur, | incipit autem teneri reus 'litis
14 contestatione; set 'si | condemnatus sit, sublata litis conte-
statione incipit ex causa iudicati teneri. et hoc [est] quod
16 aput ueteres 'scriptum est, ante | litem contestatam dare
debitorem oportere, post litem contestatam condemnari
18 oportere, post condemnationem iudicatum | facere 'opor-
tere. unde fit, ut si legitimo iudicio debitum peti|ero, § 181.
postea de eo ipso iure agere non possim, quia 'inutiliter in-
20 ten|do DARI MIHI 'OPORTERE, quia litis contestatione dari
oportere des|it: aliter atque si imperio continenti iudicio
22 ege|rim; tunc enim nihilominus obligatio durat, et ideo
ipso | iure postea agere 'possum, set debeo per 'exceptio-
nem rei iudica|tae uel in iudicium deductae summoneri.
176. quae autem 'legitima sint || iudicia et quae imperio con-
43a. tineantur, sequenti commentario ¹² | referemus. |

(1) sponsio C. sponsus aut sponsi emend. Saniu. sed possis etiam cum Gō. 1. 2. et cett. add. ante 1841. sponsionis recentiore forma uti.
(2) incipiat C. (3) litib. C. (4) s' C. (pro si) (5) sc. tum C.
(6) ōe unde C. (7) inutilit|do C. (8) or C. sed paullo post or-e (9) p'sumus C. (10) excon C. (11) [sint] legitima edd. ante 1841. Nunc uncinis sint liberaui. cf. C. (12) §§ 103...109.

§§ 180. 181. Vid. 4. 103...9. 114. 121. 123. et supra § 83. Fgm. Vat. § 263. (inchoatis litibus actiones nouauit) § 10 (9). I. de exceptionib. 4. 13. (rem...consumebant). Paul. L. 29. D. de nouationib. 46. 2. L. 35. cum L. 18. pr. D. de usuris 22. 1. L. 60. pr. D. de condiet. indeb. 12. 6. Pap. L. 50. § 2. D. de pecul. 15. 1. (iudicium dictatum). Gai. L. 8. D. de compensationib. 16. 2. Alex. L. 1. C. si adu. rem iud. 2. 27. Instinian. L. 3. pr. C. de usur. rei iudic. 7. 54. Dig. De exceptione rei iudic. 44. 2. Cie. de or. 1. 37. 168. or. p. dom. 29. 78. Terent. Phorm. 2. 3. 56. sqq. cum Donat. ad Adolph. 2. 2. 24. ad Andr. 3. 1. 7. Eunuch. 1. 1. 9. (itemque ad Phorm. 1. 4. 31. Seru. ad Aen. 2. 424.) DARI MIHI OP.] Vid. 41. ibiq. citt. ll.

§182. Transeamus nunc ad obligationes quae ex delicto oriuntur, ueluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum dederit, iniuriam commiserit: quarum omnium rerum uno genere consistit obligatio, cum ex contractu obligationes in tria genera deducantur, sicut supra exposuimus.

§183. Furtorum autem genera Seruius Sulpicius et Masurius Sabinus esse dixerunt, manifestum et nec manifestum, conceptum et oblatum: Labeo duo, manifestum, nec manifestum; nam conceptum et oblatum species potius actionis esse furto cohaerentes, quam genera furtorum; quod

§184. sane uerius uidetur, sicut inferius apparebit. Manifestum furtum quidam id esse dixerunt, quod dum fit, deprehenditur: alii uero ulterius, quod eo loco deprehenditur, ubi fit, uelut si in oliueto oliuarum, in uineto uinum furtum factum est, quamdiu in eo oliueto aut uineto fur sit; aut si in domo furtum factum sit, quam diu in ea domo fur sit: alii adhuc alterius eo usque manifestum furtum esse dixerunt, donec perferret eo quo perferre fur destinasset: alii adhuc alterius, quandoque eam rem fur tenens uisus fuerit; quae sententia non optinuit: set et illorum sententia qui existimauerunt, donec perferret eo quo

(1) § 89. (2) obligatum C. (3) Inseruerim et (4) §§156.sq. (5) mani(m)fructum C. (6) esse C. (7) aliu C. (pro ali u) (8) in(is)olibeto C. (9) fuerit a sit a C. pro fur sit a. Hollw. (10) edd. ante 1841. Gō. quaesierat an pgressi an eous q. quod posterius La. (et nunc etiam HIA) recepit, coll. 2.67.213.3.151. L.27.pr. D. 9.4. L.3. §2. L.5. §4. D.41.1. reiecto quod Huschk. prop. tam diu (11) perferretur Huschk. prop. et ded. HIA. male, puto.

§ 182. Cf. Gai. L.4.D. de O. et A.44.7. Gai. epit. 2.10. (11). §1. Pr. I. de obl. quae ex delicto nascuntur 4.1. Vid. Ulp. L.25. §1. cum Mod. L.52. §§. de O. et A.44.7.

§ 183. Cf. Gai. epit. 2.10. (11). §2. quattuor] Vid. Paul. S.R. 2.31. §2. (Collat. 7.5. §3.) Mas. Sabin. ap. Gell. 11.18. duo] Vid. Gai. L.2.D. de furtis 47.2. §3. I. tit. cit. 4.1. Ulp. L.21. pr. Paul. L.34. Pomp. L.35. pr. D. tit. cit. species pot. g. genera] Vid. Senec. epist. 58. s. sqq.

§ 184. Cf. Inst. et Gai. epit. II. c. it. Vid. Paul. S.R. s. Collat. l. c. Ulp.

fur destinasset, deprehensum furtum manifestum esse ——— |
177. ——— aliquam ———. dubitationem, utrum || unius diei
34a. an etiam plurium dierum spatio id terminandum sit; quod
eo pertinet, quia saepe in aliis ciuitatibus supraptas res in
alias ciuitates uel in alias prouincias destinat fur perferre:
ex duabus itaque superioribus opinionibus alterutra adpro-
batur; magis tamen plerique posteriorem probant. Nec §185.
manifestum furtum quod sit, ex iis quae diximus, intelligi-
tur: nam quod manifestum non est, id nec manifestum
est. Conceptum furtum dicitur, cum aput aliquem §186.
testibus praesentibus furtiua res quae sita et inuenta est:
nam in eum propria actio constituta est, quamuis fur non
sit, quae appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, §187.

(1) „Non satis tuto haec (i.e.C. ductus) ita formamus: furtum manifestum esse, improbata est, quod dicebatur aliquam admittere dubitationem. ||“ La. manifestum esse habere dicebat aliquam tum scilicet dubitationem quoties duar. u. etiam ec. prop. Huschk. sed nouissime idem, quod ded. HIA: mf. tum (manifestum) esse, a plerisq. improbata e, quoniam moueret dubitationem, utrum || Postremum uerbum ed. m. 4. recepi, et nunc etiam manifestum esse. sed litterae tum mftum ee lacunam §.23. non explent, sed adhuc desunt fere 7. Lusi: quis (quamuis) plerisq. placeat, aliquam tm habet (nam cf. sq. §.5.) Buchh. prop.: furem manifestum commisisse furtum, habebat aliquam, ut prior sententia, dubitationem. non bene. In cod. temporis uocabulum post aliquam (?) latere et post dubitationem scribendum esse utrum uidetur. (2) suprapte res C. (3) pferre C. (4) q C. quid Inst. (5) furtiuisa C.

Paul. et Gai. LL. 3. s. et c. it. LL. 21.34.35. pr. D. h. t. 47.2. Gell. l. c. Seru. ad Vergil. ecl. 3. v. 17. Non. Marcell. u. Furtum 15. 31. Hesych. u. Παντοράδες (ed. Alberti col. 1317.) Polluc. Onomast. 7. 7. 69. saepe] ut ap. Petron. fures. § 185. Gai. L. s. D. h. t. 47.2. (lib. 13. ad edict. prouinc.) § 3. I. cit. Cf. epit. cit. § 2. Vid. Paul. S. R. s. Collat. l. c. Fest. u. Nec (p. 162^b. § 18. sqq. ed. Mull.) Non. Marc., Furtum est occulta subreptio“ p. 310. ed. Mercer. § 186. § 4. I. tit. cit. 4.1. Cf. Gai. epit. l. c. Paul. S. R. 2.31. §§ 3.5.22. (Collat. l. c. § 4.6.) Vid. Gell. l. c. et cum Paul. S. R. l. c. § 12. Plaut. Poenul. 3.1.58. sqq. et 4.27. et 5.16. sqq. Mercat. 3.4.78. sqq. Petron. c. 97. in it. Gell. l. c. 12. Vid. etiam Ulp. L. 3. D. de fugitiuis 11.4. Diocl. et Max. L. 2. C. de seruis fugit. 6.2. Appul. Metam. 9. p. 207. sq. (ed. Oudend. 1. p. 673. sq.) § 187. Inst. Gai.

eum res furtiva tibi ab aliquo oblata sit eaque apud te
concepta sit; utique si ea mente data tibi fuerit, ut apud
te potius quam apud eum qui dederit, conceperetur: nam
tibi, apud quem concepta est, propria adversus eum qui
optulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, [quae]¹⁶

§188. appellatur oblati. Est etiam prohibiti furti⁶ adversus
eum qui furtum quaerere volentem prohibuerit.

§189. Poena manifesti furti ex lege XII tabularum capitalis
erat: nam liber verberatus addicebatur ei cui furtum fe-
cerat; utrum autem servus efficeretur ex addicione, an
ad iudicati loco constitueretur, veteres quaerebant; ²—.

(1) uel ins. C. (2) p (pro ap) C. (3) ex Inst. (4) oblata C.
(5) et C. pro et (etiam, ut habent Inst.) (6) Exciderit actio
ante adu (7) lege C. (8) in eu] ut verberat
C. sec. Gō. ...erberata C. sec. Bl. Gō.1.2: in eum autem, qui
..... La. ut nunc dedimus, habet. Heft.: in eum autem, qui
verberatus ——— sed con. autem qui servus erat, poena capitalis
erat statuta, sed aut in seruo autem qui verberatus saxo deiciebatur.
La. con. serū aeq̄ verberat. e saxo deiciebat quod edd. 2. 3. rece-
peram, ed. vero 4. expunxi, tum propter huius argumenti incertitu-
dinem, tum quod La. supplementum durius quam quod Gaius con-
ueniret, uideretur. HIA: servus aequē verberatus necabatur. sed

epit. ll. c. 11. Cf. Paul. S. R. 2. 31. §§ 3. 5. (Collat. l. c. §§ 4. 6.) Vid. Gell. l. c.
et Non. Marc., Offerre inuenirot. Merc. p. 360. § 188. cit. § 4. I.
4. 1. med. Cf. L. Rom. Burg. De inquirendis animalibus et rebus. 12. 2.
(ed. Schult. tit. 13.) Vid. etiam Ulp. L. 1. § 2. D. de fugitiuis 11. 4.
§ 189. Vid. 4. 111. Gell. 11. 18. 20. 1. 7. 15. Plaut. Poen. 4. 2. 11. (ver-
beratum, uinctum, addictum). Seru. ad Verg. 8. 205. Sallust. Cat. 32.
Cic. pro Rose. com. 14. 41. pro Flacc. 20. in Pis. 35. Senec. de ben. 3. 8. 2.
(pecuniam pro addicto dependit). Val. Max. 7. 6. 1. (addictorum et capi-
tali crimine damnatorum). Isidor. Or. 5. 26. § 18. Aeschin. Timarch.
§ 91. (οἱ μὲν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἀλόντες, ἐὰν μὲν ὁμολογῶσι, παρα-
χρήματα δὲ ἀνέρω ζημιούνται.) ex l. XII t.] Vid. Dirksen. 8. 14. et cf.
etiam Gell. 20. 1. Macrob. Sat. 1. 4. et Gai. L. 4. § 1. D. ad L. Aquil. 9. 2.
[utrum autem et c.] Vid. § 199. ibiq. c. 11. Quintilian. Inst. or. 5. 10. § 60.
(cf. 67.) 7. 3. §§ 26 sq. declam. 311. saxo] Vid. Fest. u. Saxum Tar-
peum. Mod. L. 25. § 1. D. de poenis 48. 19. quadr. act.] Vid. 4. 111. 173.
§ 5. I. tit. cit. 4. 1. Pr. I. de ui bon. rapt. 4. 2. et pr. I. de perp. et temp. act.
4. 12. c. Theophil. ad h. l. Paul. S. R. 2. 31. § 13. Ulp. L. 1. § 3. D. de publican.

postea improbata est asperitas poenae et
tam ex serui persona quam ex liberi¹ quadrupli actio prae-
toris edicto constituta est. || Nee manifesti furti poena §190.
34b. per legem [XII] tabularum dupli inrogatur, ²eamque etiam
praetor conseruat. Concepti et oblati poena ex lege §191.
XII tabularum | tripli³ est, eaque similiter a praetore serua-
tur. Prohibiti actio | quadrupli ex edicto praetoris in- §192.
troducta [est]: lex autem eo nomine nullam poenam con-
stituit; hoc solum praecipit, ut qui quaerere uelit, ⁴nu-
dus quaerat, linteo cinctus lancem habens; | qui si quid in- §193.
uenerit, iubet id lex furtum manifestum esse. | quid sit
autem linteum, quaesitum est: set uerius est. consu ti genus

(1) in (in puncto superimposito delendam esse significauit librarius) C.
(2) in q' C. | quam edd. ea] q. legendum esse uidit La. (3) ee
qua C. quae edd. La. e eaque scribi posse adnotauit, quod feci.
item HIA. (4) e pr. inintroduca C. Fort. legendum: quadru-
pli est edicto pr. inintroduca. (5) pcepit C. et edd. praeter La.
et m. 2. sqq. HIA. (6) nudus q'rat linteos (s delenda) C.
(7) eet C. (8) s eam C. unde facere possumus e. tm. edd.
omnes solum est dant. ego uero suspicor, librarium staminis uer-
bum, quod apud alios quoque scriptores uitam s. infulam sacerdotis
significat, corrupisse.

39. 4. L. 46. § 2. L. 50. pr. D. h. t. 47. 2. Plaut. Cure. 5. 2. 21. Quintilian.
Inst. or. 7. 4. 44. 6. 2. decl. 320. Ulp. L. 50. pr. D. h. t. 47. 2. § 190. Cf.
§ 5. i. f. l. tit. cit. 4. 1. Vid. infra 4. 173. Plaut. Poen. 1. 1. 56. 3. 1. 61. 5. 6. 14.
Cato de R. R. ad 4. 23. cit. Gell. 11. 18. Ulp. L. 50. Cels. L. 67. § 2. Iau. L.
74. D. h. t. 47. 2. per l. XII t.] Vid. Dirksen. 8. 16. Cf. etiam Demosth.
or. adu. Timocr. § 191. Vid. infra 4. 173. Gell. cit. 11. 18. Paul.
S. R. 2. 31. § 14. § 4. L. h. t. 4. 1. eum Theophilo ad h. l. ex l. XII t.] Vid.
Dirksen. 8. 15. § 192. Vid. supra § 188. Gell. 11. 18. 16. 10. Lex
Rom. Burgund. tit. 12. (13. ed. Schult. secundum speciem Gaii, qui hoc
de prohibiti furti actione statuit.) Paul. Diae. ex Festo u. Lance et
licio (p. 117. ed. Mull.) et Gloss. Taurin. ad Inst. n. 466. (Ita enim fiebat, ut
is qui in alienam domum introibat adquirendam rem furtiuam, nu-
dus ingrediebatur discum fictilem in capite portans, utrisque manibus
detentus). Vid. etiam Paul. S. R. 2. 31. § 22. lex] Vid. Dirksen. 8. 15.
linteo] Vid. etiam Ouid. Fast. 2. 21. sq. lancem] Vid. etiam Verg.
Aen. 8. 284. Petron. cit. c. 97. § 193. Vid. ll. c. 11. et Aristoph.
Nub. vv. 497. sqq. c. scholio. Platon. de LL. 12. p. 954 a. (ed. Bip. 9. p. 202.
„γυμνός ἢ χιτωνέων ἔχων, ἄζωστος“).

esse, quo 'necessariae partes tegerentur; 'quare lex | tota 10
 ridicula est; nam 'qui uestitum quaerere prohibet, is et
 nu/dum quaerere prohibiturus est, eo magis quod ita quae-
 sita res inuenta maiori poenae subiciatur. deinde quod 12
 lancem siue ideo haberi iubeat, ut manibus occupantis nihil
 subiciatur, siue ideo ut quod inuenerit, ibi imponat, neu- 14
 trum | eorum procedit, si id 'quod quaeratur, eius magni-
 tudinis aut naturae sit, ut | neque subici neque 'ibi inponi 16
 possit: certe non dubitatur, | cuiuscumque materiae sit ea
 §194. lanx, satis legi fieri. Propter hoc tamen quod lex ex 18
 ea causa manifestum furtum esse iubet, | sunt qui scribunt
 furtum manifestum aut lege aut natura 'intellegi: lege
 id ipsum | de quo loquimur, natura illud de quo superius 20
 expo/suimus: set uerius est natura tantum manifestum fur-
 tum | intellegi; neque enim lex facere potest, ut qui mani- 22
 festus fulr non sit, manifestus sit, non magis quam ' qui
 omnino fur non sit, | fur sit, et qui adulter aut homicida
 non 'sit, adulter uel || 'homicida sit; at illud sane lex facere 179.
 potest, ut perinde | aliquis poena teneatur 'atque si furtum 45b.
 uel adulteri/um uel homicidium 'admisisset, quamuis nihil
 eorum admisserit. |

§195. Furtum autem fit non solum cum quis interceptiendi

- (1) *necessarias partes tegerent* C. et Gō. 1. (2) *q̄a lex*
 C. caue ne quae res tota faciās. (3) *qu. bestitum et tum pro-*
hibitus C. quem ..., nu/dus q. prohibitus est Gō. 1. (4) *quat*
 (pro q̄rat) C. (5) *ibi inponi* C. (6) Gō. add. Possis
 etiam propter praeced. *natura uoc. uideri.* sed paullo post etiam *in-*
tellegi ponitur, et statim sequitur *lege* Possis etiam: *lege ēē ā* (esse
 aut) *natura:* (7) [ut] ins. Gō. 1. 2. Klenz. Heft. et ed. m. 1.
 (8) *si* C. (9) *Omicida* C. (10) *atquasi* C. Nescio, cum
 totiens syllabas negligenter iterauerit librarius (cf. ad § 56. h. C.),
 an scribendum sit *teneat quasi* (11) *admisset* C.

§ 194. Vid. 1.158. i.f.

§ 195. § 6. I. tit. cit. 4.1. Cf. Gai. epit. 2.10(11). § 3. Paul. S.R. 2.31. § 1.
 (Collat. 7. 5. § 2.) Vid. Id. L. 20. § 1. Ulp. L. 43. § 1. L. 46. § 9. L. 52. § 19. 27.
 LL. 55. 65. Cels. L. 67. pr. Paul. L. 82. pr. D. h. t. 47. 2. L. 3. § 18. D. de A. u.

causa | rem alienam 'amouet, set generaliter cum 'qui rem
 'alienam inuito domino contrectat. Itaque si quis 're §196.
 'quae aput eum deposita sit utatur, furtum committit; et
 si quis utendam rem acceperit eamque in alium | usum trans-
 tulerit, furti obligatur, ueluti si quis argentum utendum
 acceperit, '[quod] quasi amicos ad 'cen|am inuitaturus roga-
 uerit, et id peregre secum tulerit, aut si quis 'ecum ge-
 standi gratia commodatum 'longius 'secum aliquo duxerit,
 'quod ueteres scripserunt de | eo qui in aciem perduxisset.
 Placuit tamen eos 'qui rebus | commodatis aliter uterentur §197.
 'quam utendas acce|pissent, ita furtum committere, si intel-
 legant id | se inuito domino facere, eumque, si intellexisset,
 'non permissurum; 'et si permissurum crederent, extra |
 'furti crimen uideri; optima sane distinctione, quia | furtum
 sine dolo malo non committitur. 'Set et si credat al| i- §198.

- (1) *admouet ei* C. (2) *quis* Inst. et edd. ante 1841. et Gō. 3.
 (3) *rem* C. (4) (*quod*) ins. edd. omnes. malim *it et q* repeti:
itq. (idque) Inst.: *acceperit quasi ... inuitaturus et id* (5) *cen-*
dam C. Ad hunc Gaii locum inutilis est con. *cen. dand* (cenam
 dandam) cf. Plant. Capt. 3. 4. 2. Cic. ad diu. 9. 20. Inscr. ap. Orell. 3900.
 (6) *aec.* C. (pro *ec. equum*) (7) *longiuscum* C. (8) *qui-*
bus C. (9) *malim set si uel at si* (10) *set si* C.

A.P. 41. 2. Sabin. ap. Gell. cit. 11. 18. *rem alienam*] Vide etiam § 200.
inuito domino] Vid. §§ 197. 198. Gell. l. c. Paul. L. 63. i. f. D. de don. i. u. et
 ux. 24. 1. L. 40. Ulp. cit. L. 43. § 1. L. 48. § 2. 3. Lab. L. 91. D. h. t. 47. 2. pr.
 I. de u. bon. rapt. 4. 2. § 196. Cf. cit. § 6. L. 4. 1. Gai. epit. 2. 10(11).
 §§ 4. 5. Vid. § 1. Inst. tit. cit. Scaen. lib. 16. de iure ciu. ap. Gell. 7. 15.
 Val. Max. 8. 2. 4. Symmach. ep. 7. 69. Pomp. L. 16. D. de condict. furt. 13. 1.
 Ulp. L. 5. § 8. D. commodati 13. 6. Paul. L. 10. Gai. L. 54. § 1. Pomp. L. 76.
 pr. Paul. L. 82. pr. D. § t. 47. 2. S. R. 2. 12. § 5. 31. § 29. item Iau. L. 73. D. tit.
 cit. § 197. § 7. I. tit. cit. 4. 1. Vid. Ulp. L. 46. § 7. 8. et L. 5. § 8. D.
 cit. Pomp. L. 76. pr. D. h. t. 47. 2. Gell. 11. 18. 20. 21. *quia furt. sine d.*
m.] Vid. 2. 50. 3. 208. 4. 178. cf. 3. 202. (*non data opera*) Paul. S. R. 2. 31.
 § 1. Gai. L. 37. pr. D. de usurpat. 4. 1. 3. § 5. I. de usu capion. 2. 6. Ulp.
 L. 41. § 1. D. ad L. Aquil. 9. 2. L. 51. pr. D. pro socio 17. 2. Ulp. LL. 33. 39.
 46. § 7. L. 52. § 20. Paul. L. 53. pr. Pomp. LL. 75. 77. D. h. t. 47. 2.
 § 198. § 8. I. tit. cit. 4. 1. Vid. § 195. Ulp. cit. L. 46. § 8. D. h. t. 47. 2. Iu-
 stinian. L. 20. C. eod. 6. 2. item Ulp. L. 21. § 7. D. tit. cit. et L. 1. § 5. D. de
 seruo corr. 11. 3.

quis invito domino se rem ¹contrectare, domino autem | uo-
lente id fiat, dicitur furtum non fieri. unde illud | quaesi-
tum [et probatum] est: cum Titius seruum meum ²solicita-
rit, | ut quasdam res mihi subriperet et ad eum ³perferret,
[seruus] || id ad me ⁴pertulit; "ego, dum uolo Titium in
ipso delicto | deprehendere, ⁵permisi seruo meo quasdam
res ad eum ⁶perferre: utrum furti an serui ⁷corrupti iudi-
cio | teneatur Titius mihi, an neutro. responsum, neutro
eum | teneri, furti ideo quod non invito me res ⁸contrecta-
uit, serui ⁹corrupti ideo quod deterior seruus factus non
§ 199. ¹⁰est. Interdum autem etiam liberorum hominum fur-
tum fit, uelut si quis | liberorum nostrorum qui in potestate
nostra sunt, siue etiam uxor quae in manu nostra ¹¹sit, siue
etiam ¹²iudicatus uel | auctoratus meus subreptus ¹³fuerit. ¹⁴

(1) *trectare* C. (2) *et pbatum* add. C. Hoc retinet Huschk. et HIA, *responsum et iudicatum* interpretatus; reieci ego ut glossema, quod sententiam refert contrariam Iustiniani decisione (§ 8. Let L. 20. C. citt.) non solum furti sed etiam serui corrupti actionem danti. ceterum et in ed. m. 4. Hschkium in formando hoc loco, in Inst. relative concepto, secutus sum. (3) *colligaret* C. *solicitaui* Gö. 1. 2. ex Inst. *solicitaret* Heft. malim nunc *solicitasset*
(4) *perferet* C. (*et seruus*) edd. ex Inst. (5) *ptulit* C. ed. m. 4. c. Hschk. HIA *pertulerit* edd. c. Inst. (6) *dum* Inst. *ego cum* C. Klenz. *ego* (autem) *dum* Gö. 1. *ego* (autem) *cum* Gö. 2. ed. m. 1. (tum) *ego, cum* Heft. *dum* La. et edd. m. 2. 3. cum Inst. (7) *permiserum* C. *permiserim seruo* edd. *meo* etiam Hschk. et HIA om.
(8) *perferre* *quumtrum* (i. e. *quaesitum est utrum*) C. (9) *corrupti iudicium* C. (10) *contrectaret* C. et edd. nisi quod m. 2. 3. Gn. et HIA *contrectarit*, ut La. suasit, habent. Gaius scripserit *contrectasset* et tum *non esset*. (11) *corrupti* C. (12) *sit* HIA. (13) *sit* C. (14) *Malim adiudicatus*. Cf. § 189. HIA. (15) *uueni* C.

§ 199. § 9. I. tit. cit. 4. 1. Vid. Ulp. L. 14. § 13. Paul. L. 37. 38. D. h. t. 47. 2. liberor. nostr.] Vid. supra 2. 87. 90. *iudicatus*] Vid. supra § 78. 189. et ibi ad un. *iudicat. et lege XII t. citt. ll. imprim. infra 4. 21. Gell. 20. 1. auctoratus*] Vid. L. Iul. munic. a. u. 709. § 113. Inscr. Lat. I. p. 122. (depugnandi causa auctoratus). Paul. in Collat. 4. 3. § 2. Ulp. ibid. 9. 2. § 2. Horat. serm. 2. 7. 58. cum Aeron. ad h. l. Manil. astron. 4. 225. (...caput in mortem uendunt et funus arenae). Senec. epist. 37. et apo-

Aliquando etiam ¹suae rei | quisque furtum committit, ueluti § 200.
¹² si debitor rem | quam ²creditori pignori dedit, subtraxerit,
uel si bonae fidei possessori rem meam possidenti subri-
¹⁴ puerim: unde | placuit eum qui ³seruum suum quem alius
bona fide possidebat, ad se reuersum celauerit, furtum
¹⁶ committere. Rursus ex diuerso ⁴interdum [rem] alie- § 201.
nam occupare et usu capere concessum est, nec creditur
¹⁸ furtum fieri, uelut res hereditarias quarum ⁵non prius na-
etus possessionem ⁶. necessarius heres esset; nam neces-
²⁰ sario herede extante placuit, ut pro herede usu capi pos-
sit. ⁷debitor quoque qui fiduciam quam creditori manci-
²² pauerit aut in iure cesserit, *detinet, ut* superiore commen-
tari^o rettulimus, sine furto possidere et usu capere potest.
Interdum furti tenetur ¹⁰qui ipse furtum non fecerit, qualis || § 202.

(1) *sae* C. (2) *creditor* C. (3) *seruum* C. (4) *in-*
terdum C. (5) *n(h)p(r)u(m)uel im*) C. Gö. 5. aster. posuit. Sau. et Heis. uolunt *nondum* Hschk. (*Studien*) *qs prius* (quis prius) ...n. poss. q. (*quam*) necess. Klenz. prop. *h'ndē* (heres nondum est) ...n. poss. nisi necess. Heft. dedit: heres *nondum* n. p. (*est*), si n. h. e. HIA: heres *nondum* (6) *add. C. quod enim, nihil, non, nec, nisi* significare potest. Heft. prop. *est si* Huschk. q. (*quam*) sed posthac (in *Ztschr. f. g. R. W. 14. p. 173.*) licet et hoc ded. HIA, falso adn. omisit ed. Bg. sed puto eiciendam istam *quam* librarius delere debebat, cum uerbum *necessarius* iuxta n. adscripserat. Cum La. n. delendam esse significari puto. (7) *heres(c)et n* C. (8) ita Hollw. schedas partim incertas explicauit. (9) 2. § 59. 60. (10) *c* (pro q) C.

coloc. Petron. satir. 117. Quintilian. decl. 302. Lucian. Icaromen. 29. i. f. (*ἀνθρώπων. ἐς τὸν ἄγωνα μεμειθωμένων*). § 200. § 10. I. tit. cit. 4. 1. Vid. § 1. ibid. § 2. L. de ui bon. r. 4. 2. infra § 204. Paul. S. R. 2. 31. § 19. 36. 21. Ulp. L. 22. pr. D. de pign. act. 13. 7. L. 12. § 1. 2. Paul. L. 15. § 1. 2. Ulp. L. 19. § 5. 6. Paul. LL. 20. 53. § 4. L. 66. pr. Marcell. L. 68. Pap. L. 79. Paul. L. 87. D. h. t. 47. 2. L. 4. § 21. Lab. L. ult. D. de usurp. 41. 3. Phil. L. 6. C. de usuc. pro empt. 7. 26. Gell. 11. 18. 13. 14. Senec. de benef. 6. 5. 5. ad 4. 122. transcr. § 201. Vid. 2. 9. i. f. 52. 56. ... 60. ibiq. citt. ll. imprim. L. 2. C. 7. 29. et Paul. S. R. 2. 31. § 11. item Scaeu. ap. Ulp. L. 1. § 15. D. si is qui testamento 47. 4. L. 1. § 2. Paul. L. 6. D. expil. hered. 47. 19. Marcell. et Scaeu. LL. 68. ... 70. D. de furtis 47. 2. Ulp. L. 31. § 1. D. de A. R. D. 41. 1. § 202. § 11. I. tit. cit. 4. 1. Cf. Gai. epit. 2. 10. (11) § 6. Vid.

est cuius ope consilio furtum factum est: in quo numero 181. est qui nummos tibi excussit, ut eos alius surriperet, uel^{46b} opstitit tibi, ut alius surriperet, aut oues aut boues tuas fugauit, ut alius eas exciperet: et hoc ueteres scripserunt de eo qui panno rubro fugauit armentum; sed si quid o per lasciuiam et non data opera ut furtum committeretur, factum sit, uidebimus an utilis Aquiliae actio dari debeat, cum per legem Aquiliam quae de damno lata [est,] etiam culpa puniatur.

§203. Furti autem actio ei competit cuius interest rem saluam esse, licet dominus non sit: itaque nec domino aliter

§204. competit quam si eius intersit rem non perire. unde constat credito rem de pignore subrepto furti agere posse; adeo quidem, ut quamuis ipse dominus, id est ipse debitor, eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat

(1) oues aut uobes tuas C. oues tuas aut boues edd. ante 1841. oues tuas aut boues tuos nonn. Inst. eodd. (2) eo ins. C. (3) quis C. Possis quoduis sed Inst. quid habent. (4) uideuimus an utilis atque dari C. Cum Gō. 2. Cramerum sequimur, ut Klenz, et La. utilis actio dari prop. Bl. et Caplick. utilis actio de ea re dari ded. Hefft. (5) legis ins. HIA. (6) aliquiliam C. (7) aoue ei C. (8) eum insit C. (9) etiam si idoneum debitorem habeat, quia expedit ei pignori potius incumbere quam in personam agere. addunt Inst. (10) queu C. (11) ipse per neglegentiam om. edd. m. 3. 4. et HIA.

infra §§ 219. 211. Paul. S.R. 2. 31. §§ 10. 23. L. 53. § 2. D. de V. S. 50. 16. L. 34. Ulp. LL. 36. pr. 50. § 1. 4. Gai. L. 51. Ulp. L. 52. pr. §§ 13. 19. 21. Gai. L. 54. § 4. Paul. L. 66. § 4. Iau. L. 90. § 1. D. h. t. 47. 2. Ulp. L. 27. § 21. D. ad L. Aquil. 9. 2. L. 11. § 2. Alf. L. 16. D. de seruo corr. 11. 3. Diocl. et Max. L. ult. C. de noxalib. act. 3. 41. Cic. de N. D. 3. 30. § 74. Gell. 11. 18. etiam Plant. Poen. 1. 1. 55. (ex tempulo Dupli tibi auri et hominis fur leno siet). § 203. § 13(15). I. tit. cit. 4. 1. Vid. Paul. S.R. 2. 31. § 4. (Collat. 7. 5. § 5.) Mod. in Collat. 10. 2. § 6. Ulp. et Paul. LL. 10. sqq. D. h. t. 47. 2. Iustinian. L. 22. pr. C. eod. 6. 2. item Ulp. L. 14. § 10. Gai. L. 49. pr. Pap. L. 80. pr. § 1. D. h. t. et l. ad § 200. c. it. item § 207. § 204. § 14(16). I. tit. cit. 4. 1. Vid. § 200. Paul. S.R. 2. 31. § 19. § 2. I. de ui bon. r. 4. 2. Ulp. cit. L. 22. pr. D. de pign. act. 13. 7. L. 12. § 2. L. 14. §§ 5. 7. 10. Paul. L. 15. pr.

actio furti. Item si fullo polienda curandaue aut sar- §205. cinator sarcienda uestimenta mercede certa acceperit ea-
que furto amiserit, ipse furti habet actionem, non domi-
nus; quia domini nihil interest ea non perisse, cum iudi-
cio locati a fullone aut sarcinatore suum consequi possit,
si modo is fullo aut sarcinator [ad] rem praestandam suf-
ficiat; nam si soluendo non est, tunc quia ab eo dominus
suum consequi non potest, ipsi furti actio competit, quia
hoe casu ipsius interest rem saluam esse. Quae de §206.
182. fullone || aut sarcinatore diximus, eadem transferemus et
46 a. ad eum cui rem commodauimus: nam ut illi mercedem
capiendo custodiam praestant, ita hic quoque utendo
commodum percipiendo similiter necesse habet custodiam
praestare. sed is aput quem res deposita est, custo- §207.
diam non praestat, tantumque in eo obnoxius est siquid

(1) pullienda C. (2) eaquā C. (3) ideia C. (4) sequi (pro sequi) p'sset C. persequi possit edd. (praeter m. 4. et HIA) c. Inst. (5) sarcitor rem C. sarcitor retinerem (cf. not. 7.), nisi aliis locis ni C. semper insereret et sarcinatrix etiam haberet Gai. L. 27. pr. D. de pecul. 15. 1. Cf. Prob. infra cit. (6) domo sim C. sec. Bl. suum dominus plerique Inst. eodd. (7) de que fullone || a sarcitore C. (8) hi (et sq. y. habent) C. is La. et edd. m. 2. 3. is. qui commodum utendi (al. utendo) percipit s. n. h. Inst. (9) utendi quod minus durum est, non nulli Inst. libri habent, prop. Hefft., prob. etiam Hschk. (10) necessese habent C. (11) psta-

Ulp. L. 46. § 4. Gai. cit. L. 49. pr. Ulp. L. 52. § 18. Pap. et Paul. c. it. LL. 79. 87. D. h. t. 47. 2. § 205. § 15(17). I. tit. cit. 4. 1. Vid. Paul. S.R. 2. 31. § 29. Ulp. L. 12. pr. L. 14. § 12. L. 48. § 4. L. 52. § 9. D. h. t. 47. 2. Lab. L. 60. § 2. D. locati 19. 2. item supra §§ 143. 162. sarcitor] Prob. ed. Keil. p. 202, 30. (sarcitorem = uestem sarcientem) p. 212. 32. (sartor, non sarcinator, quomodo rude vulgus dicit). Fullones uel sarcinatores coniungit etiam Ulp. L. 1. § 1. D. de tribut. act. 14. 4. Paul. S.R. l. c. § 206. § 16(18). I. tit. cit. 4. 1. Vid. Mod. in Coll. 10. 2. § 1. 6. Ulp. cit. L. 14. §§ 8. 10. 14. 16. Paul. L. 15. § 2. Ulp. cit. L. 48. § 4. Iul. L. 59. D. h. t. 47. 2. LL. 5. i. f. 7. 10. D. commodati 13. 6. Iustinian. cit. L. 22. C. h. t. 6. 2. § 207. § 17(19). I. tit. cit. 4. 1. Vid. § 2. I. de ui bon. r. 4. 2. Mod. l. c. Ulp. L. 14. §§ 3. 4. cf. § 11. D. h. t. 47. 2. L. 2. § 23. sq. D. ui bon. rapt. 47. 8. Senec. de benef. 6. 5. § 4., 6. § 1. Quintilian. decl. 361.

ipse | dolo ¹ fecerit; qua de ² causa si res ei subrepta fuerit
³ quae res|tituenda est, ⁴ eius nomine depositi non tene|tur, ⁸
 nec ob id eius interest rem saluam esse; furti ⁵ itaque age|re ¹⁰
 non potest; ⁶ set ea actio domino competit.

§ 208. In summa | sciendum est quaesitum esse an impubes
 rem ⁷ alie|nam amouendo furtum faciat: plerisque placet, ¹²
 quia fur|tum ex ⁹ adfectu consistit, ita demum obligari | eo ¹⁴
 crimine impuberem, si proximus ¹⁰ pubertati | sit et ob id in-
 tellegat se delinquere.

§ 209. Qui res alienas rapit, tenetur etiam furti: quis enim ¹⁶
 magis | alienam rem inuito domino ¹¹ contrectat quam ¹² qui ui
 rapit? itaque | ¹³ recte dicitur eum improbum furem ¹⁸
 esse; set propriam | actionem eius ¹⁴ delicti nomine praetor
 introduxit, quae appella|tur ui bonorum raptorum; et est ²⁰

tum C. (1) malo add. HIA. tamquam superflua m praecedentis
 pstatum huc trahenda esset. (2) q̄ C. (pro c̄-iā) ut est in Inst.
 (3) quae r̄tituenda ē C. quia restituendae eius HIA ex Inst. (4) ei
 nonominoe deposite C. (fac eī nōnōmīnoe depositi ē) Hschk. pu-
 tat et HIA ded. nomine uōne (actione) depositi Superfluum u. actione
 neque Inst. agnoscunt. (5) itaq̄; C. non habent Inst. et
 eiecit HIA, librarium enim de suo addidisse. Immo, totius loci con-
 ceptionem paullam inmutauerunt Inst. compilatores. (6) et C.
 (7) sciendum est quasitum C. (8) alie|nouendo C. (9) adie-
 ctum C. (10) mpubertati C. (11) trectat C. (12) q̄ C.
 qui edd. qui ui, ut est in Inst., iam ed. m. 4. uolui, nunc etiam HIA.
 (13) ex Inst. rectum ē C. (14) lecti nomen C.

§ 208. §18(20). I. tit. cit. 4.1. Vid. supra §109. Ulp. L. 13. D. h. t. 47. 2.
 L. 5. § 2. D. ad L. Aquil. 9. 2. Gai. L. 111. pr. D. de R. I. 50. 17. Gell. 11. 18.
 Seru. ad Verg. ecl. s. 39. Amm. Marc. 27. 6. 4. 5. 9. Non. Marcell. u. Pa-
 rectati 1. 341. item ad §109. eitt. II. et Ulp. L. 13. § 1. D. de D. M. 4. 3. L. 4.
 § 26. de D. M. et met. exc. 44. 4. Call. L. 17. D. de excusationib. 27. 1. Mae-
 cian. L. 14. D. ad SC. Silan. 29. 5. Ulp. L. 3. § 6. D. de lib. exhibend. 43. 30.
 L. 3. § 1. D. de sepulero uiol. 47. 12. ex adfectu cons.] Vid. supra §197.
 et ibi eitt. II.

§ 209. Pr. I. de ui bonor. raptor. 4. 2. Vid. Ulp. L. 2. pr. § § 11. 13. 17. 26.
 L. 52. § ult. Paul. L. 88. D. de furt. 47. 2. § 19. I. de actionib. 4. 6. Diocl. et
 Max. L. 4. C. de nox. act. 3. 41. L. Rom. Burg. tit. 8. i. f. item infra 4. 8. 76.
 112. 182. utilis] alio sensu utilis a. est quae exemplo de ui b. r. da-
 tur ap. Paul. S. R. 5. 6. § 5.

intra annum quadrupli actio, post annum simpli: quae actio
²² utilis est, ¹ etsi quis u|nam rem, licet minimam, rapuerit. |

Damni iniuriae actio constituitur per legem Aquiliam, § 210.
 cuius primo capite cautum est, ² [ut] si quis hominem alie-
 183. num || ³ alienamue quadrupedem ⁴ quae pecudum numero
 41a. sit, | iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno pluri|mi
 fuerit, tantum ⁵ [aes] domino dare damnetur. ⁶ [is] iniu- § 211.
 4 ria autem | occidere intellegitur, cuius dolo aut culpa id ac-
 eide|rit, nec ulla alia lege damnum quod sine iniuria datur,
 6 re|prehenditur; itaque impunitus est qui sine culpa et dolo
 malo casu quodam damnum committit. Nec solum § 212.
 8 corpus | in actione huius legis aestimatur; set ⁹ sane si seruo
 occi|so plus dominus capiat damni quam pretium serui ¹⁰ sit,
 10 id quoque | aestimatur, uelut si seruus meus ab aliquo he-
 res institutus ante quam iussu meo hereditatem cerneret,
 12 ¹⁰ occisus | fuerit: non enim tantum ipsius pretium aestima-

(1) r̄etsiquit u|nam C. An u unam = uel unam? (2) ex Inst.
 (3) eamue C. et edd. Nunc ut HIA Institutiones sequimur.
 (4) qua C. (5) aes C. edd. et Inst. non habent, sed recte ex
 legis uerbis, ut extant L. 2. pr. D. cit. recepit HIA. eum quo tamen no-
 lim hoc aes ex superfluo is quod ante iniuria positum est fieri. non
 ita studiosa librarii neglegentia fuit, ut alterum mendum altero re-
 pensari uoluerit, sed ita ingenua, ut plura menda uel in uno uersi-
 culo admittere non dubitauerit. (6) is omitt. Inst. et ita uult
 La. et fecit HIA. Is ini. autem edd. (7) re|p̄dic C. (8) sane
 i seruo C. Hschk. uult et HIA ded. s̄ (si) alieno s. Sed cf. e. gr. 1. 134.
 146. 127. 3. 194. 1. 104. 3. 98. 4. 134. (9) sid C. (pro sit id) sit om.
 Gō. 1. 2. recep. Hefft. La. edd. m. suad. Huschk. (10) occisos C.

§ 210. Pr. I. de L. Aquilia 4. 3. Cf. Gai. L. 2. pr. Ulp. L. 21. pr. D. ad L.
 Aquil. 9. 2. Vid. § 214. § 15. I. h. t. Gord. L. 3. Diocl. et Max. L. 5. C. eod.
 3. 33. Paul. in Collat. 2. 5. § 1. Nouell. 18. c. 8. Cic. pro Tull. passim,
 impr. § § 7. 9. 11. sq. 41. sq. in Brut. 34. § 131. pro Rose. com. 11. 32. Isidor.
 Or. 5. 15. § 2. i. f. eamue quadr.] Vid. infra § 217. Gai. L. 2. § 2. Ulp. L.
 29. § 6. D. h. t. 9. 2. § 1. I. tit. cit. 4. 3. domino] Vid. Ulp. L. 11. § 6. D. h. t. 9. 2.
 § 211. Cf. § § 2. 3. I. tit. cit. 4. 3. Vid. § 202. i. f. § 14. I. tit. cit. Ulp. in Collat.
 7. 3. § 1. 4. Gai. L. 13. pr. D. de lib. c. 40. 12. LL. 3. 5. 7. § 4. L. 9. Gai. L. 4. et
 passim tot. h. t. 9. 2. Cic. pro Tull. § 11. Ulp. L. 23. i. f. D. de R. I. 50. 17.
 § 212. Cf. § 10. I. tit. cit. 4. 3. Paul. L. 22. § 1. Ulp. L. 23. pr. § § 1. 2. D. h. t.

tur, set et | hereditatis amissae quantitas. item si ex gemellis uel ex comoe|dis uel ex 'symponiacis unus occisus¹⁴ fuerit, non solum | occisi fit aestimatio, sed eo² amplius quoque computatur quod ceteri qui supersunt, depretiati¹⁶ sunt. idem iuris est etiam si³ ex pari | mularum unam uel § 213. etiam ex⁴ quadriga equorum unum occiderit. Cuius¹⁸ autem seruus occisus est, is liberum | arbitrium habet uel capitali crimine reum facere | eum qui occiderit, uel hac²⁰ § 214. lege damnum persequi. Quod autem | adiectum est in hac lege QVANTI IN EO ANNO PLVRIMI EA RES | FVERIT, illud²² efficit, "si clodum puta aut luscum seruum oc|ciderit, qui in eo anno integer⁷ fuerit, [ut non quanti mortis tempore, sed quanti in eo anno plurimi fuerit,] aestimatio fit; quo

